¶ Textus Secundi ſniarū cū cōcluſionibus Magri Henrici Gorichem ⁊ cōcordantijs biblie ac canonū: necnō in principio ſingularum diſtinctionum vtilimis ſummarijs diligentiſſime iam primum appoſitis.

¶ Unum eſſe rerum principium oſtēdit non plura: vt quidam putauerunt. a

Diſtin. I. De creatiōe humāe nāe quantuȝ ad pn^m efficiēs in gnāli.

CReationē rerū iſinuās ſcriptura: deū eē creatoreȝ initiūqȝ tpis atqȝ oium viſibiliū vel inuiſibiliū creaturaꝝ in primordio ſui oſtēdit dicens: In pricipio creauit deus celuȝ ⁊ terrā.

Gen. j.

His enim verbis Moyſes ſpūs dei afflatus in vno principio a deo creatore mundū factū refert: eludens errorem quorundam: plura ſine principio fuiſſe principia opinantium.

Plato dixit tria pn^a eē.

Plato nāqȝ tria initia eſtimauit: deū. ſ. exemplar ⁊ mām: ⁊ ipſa increata ſine pricipio ⁊ deū quaſi artificē non creatorē. Creator enī eſt qui de nihilo aliq̄d facit.

Ex qua rōe pprie dī creator ⁊ q̄d ſit: creare: ⁊ q̄d facere.

Et creare ꝓprie eſt de nihilo aliq̄d facere. Facere vero nō mō de nihilo aliq̄d operari: ſȝ ēt de materia. Unī ⁊ hō ⁊ angelus dī aliqua facere ſed nō creare vocaturqȝ factor ſiue artifex: ſed non creator. Hoc enim nomē ſoli deo ꝓprie congruit: q̄ ⁊ de nihilo quedā ⁊ de aliquo aliqua facit. Ipſe ē ergo creator ⁊ opifex ⁊ factor: ſed creationis nomē ſibi ꝓprie retinuit: alia vero ēt creaturis cōicauit. In ſcriptura tñ ſepe creator accipitur tanq̄ factor: ⁊ creare tanq̄ facere: ſine diſtinctione ſignificationis.

¶ Q: hec vba. ſ. agere ⁊ facere ⁊ huiuſmodi nō dicūtur de deo ſm eā rōnē qua dīr de creaturis. b

Uerūtamē ſciēduȝ eſt: hec vba. ſ. creare facere agere ⁊ alia hi^9 dī deo nō poſſe dici ſm eā rōnē qua dicunt̄ de creaturis. Quippe cū dicim^9 eū aliq̄d facere: non aliquē in operādo motū illi ineſſe itelligim^9: vel aliquā in laborando paſſionē ſicut nobis ſolet accidere: ſed eius ſempiterne voluntatis nouū aliquē ſignificam^9 effectū. i. eterna eius volūtate aliq̄d nouiter exiſtere.

Ex quo ſenſu dī de^9 aliq̄d facere.

Cum ergo aliquid dī facere tale eſt ac ſi dicat̄ iuxta eius voluntatē vel ꝑ eius voluntatē aliq̄d nouiter cōtingere vel eē: vt in ipſo nihil noui cōtingat: ſȝ nouū aliq̄d ſicut in ei^9 eterna volūtate fuerat fiat ſine aliqua motione vel ſui mutatiōe. Nos vero operādo mutari dicimur qꝛ mouemur. Nō enim ſine motu aliq̄d facim^9. De^9 ergo aliq̄d agere vel facere dī: qꝛ cā eſt rerum nouiter exiſtentiū dum eius voluntate res noue eſſe incipiūt que ante nō erāt abſqȝ ipſius agitatione: vt actus ꝓprie dici nō queat: cuȝ videlicet actus oīs ī motu ꝯſiſtat: in deo aūt motus nullus eſt.

Per ſimile oſtendit.

Sicut ergo ex calore ſolis aliqua fieri cōtingit: nulla tñ in ipſo vel in ei^9 calore facta motiōe vel mutatione. Ita ex dei voluntate noua hñt eſſe ſine mutatione auctoris qui eſt vnuȝ ⁊ ſolum ⁊ oīum principium.

Circa fineȝ ſcōi de gñatione.

Ariſtoteles vero duo poſuit principia. ſ. materiam ⁊ ſpēm ⁊ tertium operatoriū dictum: mundum quoqȝ ſemꝑ eſſe ⁊ fuiſſe.

¶ Qd catholicum eſt docet. c

Horū ergo ⁊ ſimiliū errorē ſpūs ſcūs euacuās veritatiſqȝ diſciplinā tradēs: deū in pricipio tēpoꝝ mundū creaſſe ⁊ ante tpa eternalr extitiſſe ſignificat ipſi^9 eternitatē ⁊ oīpotentiā cōmendās. Cui voluiſſe facere eſt: qꝛ vt ꝑdiximus ex eius voluntate ⁊ bonitate res noue exiſtunt.

Augu. in enchi.

Credamus ergo rerū creataꝝ celeſtium terreſtriū: viſibiliuȝ vel inuiſibiliū cām nō eſſe niſi bonitatē creatoris: qui eſt deus vnus ⁊ verus. Cuius tāta eſt bonitas: vt ſumme bonus beatitudinis ſue qua eternalr beatus eſt alios velit eſſe participes quaȝ videt ⁊ cōicari poſſe ⁊ minui oīno non poſſe.

Beda.

Illd ergo bonū qd ipſe erat ⁊ quo beatus erat: ſola bonitate nō neceſſitate alijs cōicari voluit: qꝛ ſumme boni erat prodeſſe velle: ⁊ oīpotentiſſimi nocere non poſſe.

¶ Quare rōnalis creatura facta ſit. d

Et qꝛ nō valet eius btitudinis ꝑticeps exiſtere aliquis niſi per intelligentiam: que quātomagis intelligit̄ tāto plenius habet̄.

Auguſtinus

Fecit deus rōnalē creaturā que ſummū bonum itelligeret: ⁊ itelligendo amaret: ⁊ amando poſſideret: ac poſſidendo frueretur. Eāqȝ hoc modo diſtixit vt pars in ſui puritate permaneret nec corpori vniret̄. ſ. angeli: pars corpori iungeretur alias vniret̄. ſ. anime.

Quō diſtincta ſit rōnalis creatura.

Diſticta eſt vtiqȝ rōnalis creatura in incorporeā ⁊ corporeā: ⁊ incorporea q̄deȝ angelus: corporea vero hō vocat̄ ex aīa rōnali ⁊ carne ſubſiſtēs. Cōditio ergo rōnalis creature primā cām habuit dei bonitatem.

¶ Quare creatus ſit homo vel angelus. e

Ideoqȝ ſi queratur q̄re creatus ſit homo vel angelus? Breui ſermone reſpōderi pōt propter bonitatē eius. Unde Auguſtinus in li. de doctrina chriſtiana: Quia bonus eſt deus ſumus: ⁊ inquantum ſumus boni ſumus.

Digitized by Google

¶ Ad quid creata ſit rationalis creature. f

Et ſi q̄ritur ad q̄d creata ſit rōalis creatura. R̄ndet' ad laudādū deum: ad ſeruiendū ei: ad fruēdū eo: in quib⁹ ꝓficit ipſa: nō deus: Deus enim ꝑfectus ⁊ ſumma bōitate plenus nec augeri pōt nec minui. Q᷑ ergo rationalis creatura facta ē a deo: referendum eſt ad creatoris bonitatē ⁊ ad creature vtilitatem.

¶ Breuiſſima r̄ſio cum querit' quare vel ad q̄d facta ſit rōnalis creatura. g

Cū ergo q̄ritur quare v'l ad q̄d fcā ſit rōnalis creatura: Breuiſſime r̄nderi pōt pp̄ dei bonitatem ⁊ ſuā vtilitatē. Augustinus Utile nēpe ipſi eſt ſeruire deo ⁊ frui eo. Factus ergo angelus ſiue hō pp̄ deū d̄r eſſe: non q᷑ creator deus ⁊ ſūme btūs alterutrius indiguerit officio qui bonoꝝ nr̄oꝝ nō eget: ſ; vt ſeruiret ei ac frueret' eo cui ſeruire regnare ē. Jn hoc ergo ꝓficit ſeruiēs: nō ille cui ſeruit'.

¶ Sicut factus eſt homo vt ſeruiret deo: ſic mūdus vt ſeruiret homini. h

Augustinus Et ſicut factus eſt hō ꝓpter deū. i. vt ei ſeruiret: ita mūdus fact⁹ ē pp̄ hoiem. ſ. vt ei ſeruiret. Poſitus eſt ergo hō in medio vt ⁊ ei ſeruiret': ⁊ ipſe ſeruiret: vt acciperet vtrūq; ⁊ reflueret totū ad bonū hoīs: ⁊ q̄d accepit obſequiū ⁊ q̄d īpēdit. Jta enim voluit deus ſibi ab hoie ſeruiri: vt ea ſeruitute nō deus ſ; hō ſeruiēs iuuaret': ⁊ voluit vt

j. Cor. 3. mundus ſeruiret homini: ⁊ exinde ſilr iuuaretur hō. Totū ergo bonum hoīs erat ⁊ q̄d fa-

Augustinus ctū eſt pp̄ ip̄m ⁊ pp̄ q̄d factus eſt ipſe. Oia

Quō oia nostra ſunt. enī (vt ait apl's) nr̄a ſunt. ſ. ſupiora ⁊ eq̄lia ⁊ iſeriora. Supiora quidē nr̄a ſunt ad ꝑfruēdum vt deus trinitas. Eq̄lia ad ꝯuiuēdum. ſ. angeli. Qui etſi nobis mō ſupiores ſint: in futuro erunt eq̄les: qui ⁊ mō nr̄i ſunt: q᷑ ad vſum nobis ſunt. Sicut res dn̄oꝝ dicuntur eſſe famuloꝝ nō dn̄io: ſed q᷑ ſunt ad vſum eorum. Jpſiq; angeli in quibuſdā ſcripture locis nobis ſeruire dicunt': dum pp̄ nos in miniſterium mittuntur.

¶ Quō dicit' aliq̄n in ſcriptura homo factus eſt ꝓpt' reparationem angelici caſus. i

De hoīe quoq; in ſcriptura īterdū repit' q᷑ fact⁹ ſit pp̄ repationem angelice ruine: q̄d non ita eſt intelligendū q̄ſi nō fuiſſet hō factus ſi non peccaſſet angelus: ſed q᷑ inter alias cauſas. ſ. ꝑcipuas: hec etiā nōnulla cauſa extitit. Noſtra ergo ſunt ſuperiora ⁊ equalia. Noſtra etiam ſunt inferiora: q᷑ ad ſeruiendum nobis ſacta.

¶ Quare ita ſit hō inſtitut⁹ vt aīa ſit vnita corpi. k

Solet ēt queri cū maioris dignitatis videt' eſſe aīa ſi abſq; corpe ꝑmāſiſſet: cur vnita ſit corpori? Ad q̄d p̄mo Prima cā. dici pōt: q᷑ deus voluit: ⁊ voluntatis eius cā querēda nō eſt. Scd̄o aūt pōt dici q᷑ iō deus Scd̄a cā. 2. Cor. 5. voluit eā corpi vniri: vt in humana oſtēderet ꝯditione nouū exemplū beate vnionis que eſt inter deū ⁊ ſp̄m in qua diligit' ex toto corde. ⁊ videt' facie ad faciē. Putaret enim creatura ſe nō poſſe vniri creatori ſuo tāta ꝓpinq̄tate vt eū tota mente diligeret ⁊ cognoſceret. niſi videret ſp̄m qui eſt excellentiſſima creatura tam infīne. i. carni que de terra eſt in tanta delectatione vniri vt nō valeat artari ad hoc vt velit eā relinquere: ſicut oſ̄dit apl's dicens: Nolumus corpe expoliari ſed ſupueſtiri: per q̄d oſtendit' ſp̄m creatū ſp̄ūi increato ineffabili amore vniri. Pro exemplo ergo future ſocietatis que inter deū ⁊ ſp̄m rōnalem in gl'ificatione eiuſdē ꝑficienda erat: aīam corporis indumētis ⁊ terrenis māſionib⁹ copulauit: luteamq; mām fecit ad vite ſenſum vegetare': vt ſciret hō: q᷑ ſi potuit de⁹ tam diſparem naturam corpis ⁊ aīe in federationē vnam ⁊ in amicitiā tantā ꝯiungere: nequaq̄ ei impoſſibile futurū: rōnalis creature humilitatem: ſ; lōge inferiorē ad ſue gl'ie participationem ſublimare. Quia ergo pro exēplo rōnalis ſp̄ūs in parte vſq; ad ꝯſortiū terreni corporis humiliatus eſt: ne forte in hoc nimis depreſſus videret': addidit dei ꝓuidētia vt poſtmodū cum eodē corpore gl'ificato ad ꝯſortium illorū qui in ſua permāſerunt puritate ſublimaretur. vt q̄d minus ex diſpēſatione creatoris ſui acceperat ꝯditus: poſtmodum per grāam eiuſdē acciperet gl'ificatus. Sic ergo ꝯditor noſter deus rōnales ſp̄ūs varia ſorte pro arbitrio voluntatis ſue diſponēs: illis quos in ſua puritate relinquerat ſurſum in celo manſionem: illis v̓o quos corpib⁹ terrenis ſociauerat: deorſum in terra habitationē ꝯſtituit: vtriſq; regulā īponens obedientie: quatenus ⁊ illi ab eo vbi erant non caderēt: ⁊ iſti ab eo vbi erant ad id vbi nō erant aſcenderent. Fecit itaq; deus hominem ex duplici ſubſtantia corpus de terra cōponens: aīam v̓o de nihilo faciens. Jdeo etiam vnite ſunt anime corporibus vt in eis deo famulantes maiorem mercantur coronam.

¶ Poſt ſacramentum trinitatis de creatura tripar-

Digitized by Google

rita agendū eſt ⁊ prius de digniori. i. angelica. 1

Ex p̃miſſis apparet rōnalem creaturaʒ in angelicā ⁊ humanā fuiſſe diſtinctā: quaꝝ altera eſt tota ſpūalis. i. angelica: altera ex parte ſpūalis ⁊ ex parte corporalis. i. humana. Cū itaqʒ de his tractādum ſit ſcilʒ de ſpūali ⁊ corporali creatura: de rōnali ⁊ de nō rōnali. primo de rōnali ⁊ ſpūali. i. de angelis agendum videtur: vt a ꝯtuitu creatoris ad cognitioneʒ creature dignioris rō noſtra intēdat: deinde ad conſiderationē corporee tam illius que eſt rōnalis q̃ illius que nō eſt rōnalis deſcēdat vt trinitatis icreate ſacramentum tripartite creature eiqʒ concretorum atqʒ contingentium ſequatur documentum.

¶ Hic incipit ſecundus liber ſniaꝝ. In quo poſtq̃ magr̃ egit de reb⁹ fruibilib⁹. i. diuinis pſonis. agit de reb⁹ vtibilib⁹. ſ. creaturis. Et duo facit. Nā p̃mo agit de creatione vniuerſi in gñali. Scdo de ptibus eius in ſpāli. Primū facit in p̃ª diſtinctione. Scdm incipit facere in p̃n° 2ᵉ diſtinctionis ibi (De angelica itaqʒ creatura.) In p̃ª ergo diſtictione tria facit. Nā p̃ agit de exitu creaturaruʒ a ſuo p̃n°. Scdo de ordine eaꝝ ad finē. Tertio incidētaliter determiat quare aie humano corpori ſunt vnite. Primuʒ vſqʒ ibi (Credamus ergo.) Scdm vſqʒ ibi (Solet etiaʒ queri.) Tertiū vſqʒ ad finem diſtinctionis. Et h̃ in gñali. In ſpāli ſnia magri ſtat in trib⁹ ꝓpōnibus quaꝝ p̃ª eſt hec ¶ Deus in p̃n° tpis creauit celum ⁊ terrā preter ſui mutationē. Hec ꝓpoſitio inſinuat deum eſſe principiū creatiuū tam viſibiliū q̃ inuiſibiliū creaturarū. Et ꝓbat eaʒ magr̃ per illud. geñ. In p̃ncipio creauit deus celū ⁊ terrā. Ex quo infert ſanctū Moyſen Platonis ⁊ Ariſtotelis intermiſſe errores. Nā plato tria p̃ncipia poſuit fuiſſe ab eterno ⁊ increata: ſeu ſine p̃ncipio ſ. deum exēplar ⁊ materiam primā: ⁊ per ꝯñs nō poſuit deum eſſe creatorem mūdi: ſed opificem ſeu factorē: qḋ pʒ ex hoc q̄ nō ꝓduxiſſet mūdum ex nihilo. Unde creare eſt aliquid ex nihilo facere: facere aūt eſt aliquid ex preiacenti materia ꝓducere. Unde ne aliq̇s creationeʒ mundi credat in deo tpalē ponere mutationē: ideo dic̄ q̄ v̄ba tpalia de deo dicta cuiuſmodi ſunt creare facere ⁊ agere ⁊ gubernare nullam ſignificāt ſeu ponunt in deo nouitatē ſeu mutationē: ſed ſolū nouum effectū ꝯnotāt circa creaturā: quare etiaʒ operatio dei nō ꝓprie debet dici actus. eo q̄ agens per eam nō agitatur ſeu mouetur: imo ſicut ex calore ſolis aliqua noua fiunt nulla facta mutatione in ipſo calore: ita ex dei volūtate creature eſſe incipiūt ſine ipſius dei imutatione. Et ſubdit Ariſtotelē etiā poſuiſſe plura p̃ncipia. ſ. māᵐ formam ⁊ principiū efficiens: ⁊ tñ poſuit mūdū fuiſſe ab eterno. Hos oēs errores dicit magr̃ per predictā auctē. Geneſis fore eliſos. Secūda propoſitio eſt hec: Deus non pro ſui ſed pro ipſaꝝ vtilitate fecit ſpāliter rōnales creaturas ad participandū ſue diuinitatis fruitionem. Hanc ꝓbās dicit q̄ cā creationis reruʒ eſt ſola bonitas creatoris cōicare potēs ⁊ volens ⁊ minui non potēs ¶ Tertia ꝓpoſitio eſt hec: Deus humanam aiam corpori vniri voluit: nō ſolū vt per talem vnioneʒ beatificā fruitionem ſibi poſſibilē crederet: ſed etiā vt glorificationem ſibi acquireret per aie in corpore exercitationē. Hanc ꝓpōnē probat ꝑ hoc q̄ aſſignat triplicem rōnem q̄re aia rōnalis corpori vnitur. Prima eſt: q: ſic deo placuit fieri. Scda eſt: q: hoc fieri ꝯuenit in ſignū future bñudinis: vnio autē ſpūs cū carne repñtat ⁊ oſtēdit eſſe poſſibileʒ quandam vnionē. ſ. deum vniri cū aia humana. Tertia ratio q: aia corpori mortali vnita pōt proficere ad maius meritū q̃ ſi ſeparata māſiſſet. His premiſſis cōcludit magr̃ q̄ circa triplex genus nature in iſto 2° libro ſua intētio verſat̄. ſ. circa creaturā ſpūalem corpori nō vnitam cuiuſmodi eſt angelica. ⁊ circa ſpūalem corpori vnitā cuiuſmodi eſt aia rōnalis: ⁊ circa corporeā nāᵐ tñ. Et hec eſt ſnia in ſpāli.

¶ Que ꝯſiderāda ſunt de angelica natura. a

De angelica itaqʒ natura hec primo cōſiderāda ſunt qñ creata fuerit ⁊ vbi ⁊ qualis facta ſit dū primū cōderetur. Deinde q̄lis effecta auerſiōe quorūdā ⁊ cōuerſione quorundā. De excellētia quoqʒ ⁊ ordinibus ⁊ donorum differentia ⁊ de officijs ac nominibus alijſqʒ pluribus aliqua dicenda ſunt.

Diſt. II. Agit in ſpāli de ꝯditione ſpūalis creature. ſ. angelice q̄lis facta ſit.

¶ Quādo facti ſunt angeli prius dicit in quo videntur ſibi obuiare auctoritates. b

Quedaʒ auctoritates videntur innuere q̄ ante oēʒ creaturā creati ſunt angeli. Unā illud: Primo oiuʒ creata ē ſapia qḋ itelligitur de angelica nā q̄ in ſcriptura ſepe vita ſapia ⁊ lux dr̄. Naʒ ſapia illa q̄ deus ē creata nō eſt. Filius eni ſapia p̄ris ē genita: nō facta nec creata: ⁊ tota trinitas vna ſapia ē: que nō facta nec creata eſt nec genita vel ꝓcedēs. De angelica ḡ vita illud accipiendum eſt de qua dicit ſcriptura qñ facta eſt. ſ. primo oium. Sʒ rurſum alia ſcriptura dicit: In principio creauit deus celuʒ ⁊ terrā. Et in ꝓpha: initio tu dñe terrā fūdaſti: ⁊ opa manuū tuarū ſunt celi. ⁊ vr̄ ꝯrietas quedam oriri ex aſſertionib⁹ iſtis. Nā ſi primo oiuʒ creata ē ſapia oia poſt ipſam facta videntur: ⁊ ita poſt ipſaʒ facta videnť celū ⁊ terra: ⁊ ipſa facta ante celū ⁊ terrā. Item ſi in principio creauit deus celū ⁊ terrā: nihil factū eſt ante celum ⁊ terraʒ: nec ipſa ſapia facta eſt ante celum ⁊ terraʒ. Cū ergo hec ꝯria videantur: nec in diuina ſcriptura phas ſit ſentire aliquid eſſe ꝯrietatis: requiramus intelligentiam veritatis.

Eccl. i.

Geñ. i.
Pſal. ioi.

¶ Quid tenēdum ſit docet premiſſas auctoritates determinando. c

Videtur itaqʒ hoc eſſe tenendū q̄ ſimul creata eſt ſpūalis creatura. i. āgelica: ⁊ corꝑalis ſcḋm qḋ pōt accipi illḋ Salomonis: Qui viuit in eternuʒ creauit oia ſīl i. ſpūalē ⁊ corꝑalē nāʒ: ⁊ ita nō prius tpe crea

Eccl. i8.

g ij

Digitized by Google

ti ſunt angeli q̄ꝫ illa corporalis mā q̄ttuor ele
Qꝺ ſiīꝰ creata fuerit corporalꝰ ⁊ ſpūalis creatura aucte firmat. mētoꝝ: ⁊ tamē primo oīuꝫ creata ē ſapīa: qꝛ
⁊ ſi nō tpe p̄cedit tamē dignitate. Q autēꝫ ſi
mul creata fuerit corporalis ſpūaliſqꝫ creatu
ra. Aug. ſup Gen̄. aperte oſtēdit dicēs p celū ⁊ terrā ſpūalē corporalēqꝫ naturā intelligi
⁊ hec creata ſunt in principio. ſ. temporis vel
in principio: qꝛ primo facta ſunt.

¶ Qꝺ nihil factū eſt ante celū ⁊ terrā nec etiā tp̄s: cū tēpore enim creata ſunt: ſed nō ex tempore. ᴅ

Ante ea eni nihil factū

ē: nec etiā tp̄s factū eſt añ ſpūalē. ſ. angelicam nām: ⁊ añ corporalē. ſ. materiā illā q̄ttuor ele
mentoꝝ ꝯfuſam. Illa eni cū tpe creata ſunt: nec ex tpe: nec in tpe. Sicut nec tp̄s in tempo
re creatū eſt: qꝛ nō fuit tp̄s anteq̄ꝫ eſſet celū ⁊
terra. Uñ Aug. in li. de tri. dicit q̄ deus fuit
dñs anteq̄ꝫ tp̄s eſſet ⁊ nō in tempore cepit eē
dñs: quia fuit dñs tēporis q̄ñ cepit eē tēpus
nec vtiqꝫ tēpus cepit eſſe in tempore: qꝛ non
erat tēpus anteq̄ꝫ inciperet tempus.

¶ Q ſimul cum tēpore ⁊ cum mūdo cepit corporalis ⁊ ſpūalis creatura. ᴇ

Simul ergo cū tpe fcā

eſt corporalis ⁊ ſpūalis creatura ⁊ ſimul cuꝫ
mūdo: nec fuit ante angelica creatura q̄ꝫ mun
dus: qꝛ vt ait Aug. Nulla creatura creata eſt
Hiero. ꝯdicere vꝫ q̄ꝫ angeli fuerit añ tēpus. ante ſecula: ſꝫ a ſeculis cū q̄bus cepit. Hiero.
tñ ſup ep̄lam ad Titū aliud videt̄ ſentire di
cēs: Sex milia necdū nr̄i tp̄is implent̄ anno
rū ⁊ quātas prius eternitates: quāta tēpora:
quātas ſeculoꝝ origines fuiſſe arbitrādū ē:
in q̄bus angeli. throni: dñationes ceteriqꝫ or
dines ſeruierunt deo abſqꝫ tēpoꝝ vicibꝰ atqꝫ
mēſuris ⁊ deo iubēte ſubſtiterūt. His verbis
quidā adherētes dixerūt cū mūdo cepiſſe tem
pus ſeculare: ſed ante munduꝫ extitiſſe tēpus
eternuꝫ ſine mutabilitate: ⁊ in eo imutabilr̄ ⁊
intēporalr̄ aſtruunt angelos deo iubente ſub
ſtitiſſe eiqꝫ ſeruiſſe. Nos aūt qꝺ prius dictuꝫ
eſt pro captu itelligentie nr̄e magis approba
mus: ſalua tamen reuerētia ſecretoꝝ in q̄bus
nihil temere aſſerendum eſt. ⁊ illud Hiero. di
xiſſe non ita ſentiendo ſed aliorum opinionē
referendo arbitramur.

¶ Ubi angeli mox creati fuerint in empyreo. ſ. qꝺ ſtatim factum repletum eſt angelis. ꜰ

Iam eſt oſtenſum quā

do creata fuerit angelica nā: nūc aūt attendē
dū eſt vbi facta fuerit. Teſtimoniis quarūdā
auctoritatū euidēter mōſtratur angelos ante
caſum fuiſſe in celo ⁊ inde corruiſſe quoſdam
ꝓpter ſupbiaꝫ: alios vero qui nō peccauerūt
illic pſtitiſſe. vnde dñs in euāgelio ait: Uidē Luce. io.
bam ſathanā tanq̄ꝫ fulgur de celo cadentem:
nec appellat̄ hoc celū firmamentum qꝺ ſcꝺa
die factū eſt: ſed celū ſplendidum qꝺ dr̄ empy
reum. i. igneum a ſplendore non a calore: qꝺ
ſtatim factū angelis eſt repletuꝫ: qꝺ eſt ſupra
firmamentuꝫ: ⁊ illud empyreū quidam expoſi
torum ſacre ſcripture noīe celi itelligi volunt
vbi ſcriptura dicit: In principio creauit deꝰ Gen. j.
celum ⁊ terrā. Celū inquit Strabus non viſi
bile firmamētū hic appellat ſed empyreum. i.
igneū vel intellectuale: qꝺ non ab ardore ſed
a ſplēdore dr̄: qꝺ ſtatim factū repletū eſt an
gelis. Unde Job: Ubi eras cum me lauda Job. 38.
bant aſtra matutina ⁊c̄. De hoc quoqꝫ Be
da ita ait: Hoc ſupius celū qꝺ a volubilitate
mundi ſecretū eſt mox vt creatum eſt ſcīs an
gelis impletū eſt: quos in principio cum celo
⁊ terra cōditos teſtat̄ dñe dicēs: Ubi eras
cum me laudabant aſtra matutina: ⁊ iubila
rent oēs filij dei. Aſtra matutina ⁊ filios dei
eoſdē angelos dei vocat. Celuꝫ enim in quo
poſita ſunt luminaria: nō in principio ſed ſe
cunda die factum eſt. Et his liquet q̄ in em
pyreo oēs angeli fuerunt ante quorundā rui
nam: ſimulqꝫ creati ſunt angeli cū celo empy
reo ⁊ cū informi materia oīum corporalium.

¶ Qꝺ ſiīꝰ creata eſt viſibiliū rerū mā ⁊ inuiſibiliū nā ⁊ vtraqꝫ iformis ſꝫm aliq̄d ⁊ formata ſꝫ aliq̄d. ɢ

Simul ergo viſibiliuꝫ

rerū mā ⁊ inuiſibiliū natura cōdita eſt: ⁊ vtra
qꝫ informis fuit ſꝫm aliquid ⁊ formata ſꝫm ali
quid. Sicut enim corporaliū materia cōfuſa
⁊ permixta (que ſꝫm grecos dicta eſt chaos)
in illo exordio cōditionis primarie ⁊ formaꝫ
ꝯfuſionis habuit ⁊ non habuit formā diſtin
ctionis ⁊ diſcretionis donec poſtea formare
tur atqꝫ diſtinctas reciperet ſpēs: ita ſpūalis
⁊ angelica natura in ſua cōditione ſꝫm nature
habitū formata fuit: ⁊ tñ illam quā poſtea p
amorē ⁊ cōuerſionē a creatore ſuo acceptura
erat formā nō habuit: ſed erat iformis ſine il
la. vnde Aug. multiplr̄ exponens premiſſa ꝟ
ba Geneſis per celū dicit intelligi informē na
turam vite ſpūalis ſicut in ſe pōt exiſtere non
conuerſa ad creatorem in quo formatur. per
terrā corporalem materiā ſine omni qualitate
que apparet in materia formata.

¶ Qūo dicat lucifer ſꝫm Eſaiam: Aſcendā in celum ⁊ ero ſimilis altiſſimo: cum eſſet in celo. ʜ

Hic queri ſolet ſi in ce

lo empyreo fuerūt āgeli q̄ꝫ ſtatiꝫ vbi facti ſunt
quō (vt legit̄ i Eſaia) dicit Lucifer: Aſcen Eſa. 14.

dam in celũ ⁊ exaltabo ſolium meum ⁊ ero ſimilis altiſſimo: Sed ibi celũ vocat dei celſitudinem: cui parificari volebat: ⁊ eſt tale: aſcendam in celum. i. ad equalitatem dei.

¶ Hic incipit 3ª diſtinctio huius ſcdi libri: In qua magr poſtq̃ egit de creatione vniuerſi in cõi: incipit agere de partib⁹ eius in ſpãli. Et primo de creatura ſpũali corpori nõ vnita. ſ. angelo. Unde in preſenti tria circa hoc facit. Nã primo dat de ordine in pñti mãm pcedẽdi: inſinuãs angelos eſſe creatos. Scdo tractat de loco creationis eoꝝ: aſſerens eos in celo empyreo eſſe creatos ⁊ collocatos. Tertio agit de q̃litate eoꝝ affirmãs eos iformes pductos. Primum iſtoꝝ facit a pncipio diſtinctionis vſq; ibi (Jam oſtẽſum eſt) Secũduz ab inde vſq; ibi (Simul ergo viſibiliũ.) Tertiũ ab inde. vſq; ad finem diſtinctiõis. Et tñ in gñali. In ſpãli ſnia magri ſtat in trib⁹ ppõnibus: quaꝝ pª eſt hec. ¶ Angelica nã nõ tpe ſed dignitate nature ante oia corporalia eſt pducta. Qð aũt angeli ſint p̃mo pducti. pꝫ ex illo Eccl. i. Oium primo creata eſt ſapia. i. angelica natura: q2 illud nõ põt intelligi de ſapia eterna vel increata: cuiuſmodi eſt fili⁹ in diuinis vt deducitur in lra. Huius oppoſitum magr arguit per illud Gen. i. In p̃ncipio creauit deus celum ⁊ terrã. Per hanc ⁊ ſiles auctes videt pbare q; celũ ⁊ terra ſunt prius creata q̃ angelica natura. Hanc ꝯtrouerſiam magr ſoluit dicens q; angelica natura ⁊ oia corporalia ſil ſunt create: quod pbat per illud Eccl. 18. Qui viuit in eternũ creauit oia ſimul. Et idem cõfirmat aucte bti Augu. que habet in textu. Et poſtea iducit alias auctes q̃bus pbat angelicã naturã celum empyreum tpꝰ ⁊ mãm q̃tuor elementoꝝ ꝯfuſam ſimul fore creata tpe ⁊ vnũ alterũ tpis duratione non preceſſiſſe: lꝫ angelica natura prius hñ dicat creata dignitate nature. ¶ Scda ppoſitio eſt hec: Qð tã viſibilis. i. corporalis q̃ inuiſibilis. i. ſpũalis creatura fuit quodãmodo informis pducta. Qð pꝫ: q2 viſibilium materia ⁊ inuiſibiliũ nã fuerunt ſimul condita: ⁊ vtraq; informis: ſed tñ aliter ⁊ aliter. Nam corporaliũ rerũ materia dr̃ informis creata ideo quia habuit formã ꝯfuſionis prius q̃ fuiſſet formata ⁊ diſtincta per ſpẽs: vt infra diſtinctione. 12ª clari⁹ patebit. Spũalis ideo dr̃ informis pducta: q2 lꝫ fuerit formata in ſua conditione ſm habitum nature: fuit tñ informis ſm habitũ grẽ: per quem habuit perfici ⁊ informari. Poſtea magiſter querit. Si oẽs angeli fuerũt in celo creati vt p̃dictũ eſt: qð ⁊ q̃le fuit tunc celum in qð Lucifer aſcẽdere volẽs peccauit: dicendo illud Eſa. 14. Aſcendã in celũ: ⁊ ſimilis ero altiſſimo: qð ſoluẽs magr dicit: q; per celum non debet intelligi quodcũq; corporale ſed diuina celſitudo: vt ſenſus auctoritatis ſit: Aſcendam in celum. i. ad equalitatem dei. Et tñ in ſpeciali.

¶ Quales facti fuerint angeli: ⁊ q; quattuor eis attributa ſunt in ipſo initio ſue conditionis. a

Diſti. III. Quales creati ſunt angeli.

Ecce oſtẽſum eſt

vbi angeli fuerint mox vt creati ſunt. Nũc ꝯñs eſt inueſtigare quales facti fuerint in ipſo p̃mordio ſue conditionis: ⁊ quattuor quidem angelis videntur eſſe attributa in initio ſubſiſtẽtie ſue. ſ. eſſentia ſimplex. i. indiuiſibilis ⁊ immaterialis: ⁊ diſcretio perſonalis: ⁊ per rationem naturaliter inſitam: intelligentia: memoria ⁊ voluntas ſiue dilectio. liberum quoq; arbitrium. i. libera inclinãde volũtatis ſiue ad bonum ſiue ad malũ facultas. Poterãt eñi per liberũ arbitrium ſine violẽtia ⁊ coactione ad vtrũlibet ꝓpria volũtate deflecti.

¶ An oẽs angeli fuerint equales in tribus. ſ. in ſapiẽtia: in eſſentia: in libertate arbitrij. b

Hic cõſiderandum eſt:

vtrũ i ſua ſubã ſpũali. i. materia ⁊ ſapia rõnali. i. itellectu ⁊ libertate arbitrij q ue oib⁹ ierãt oẽs equales fuerint: vt ſit prima cõſideratio de ſubã: ſcða de forma: tertia de ptãte. Perſona quippe ſubã eſt: ſapia forma: arbitrium poteſtas. ⁊ ad ſubam q̃dẽ ptinet nature ſubtilitas: ad formã vo intelligẽtie pſpicacitas ⁊ ad ptãtẽ rõnalis volũtatis habilitas. Ille ergo eſſentie rõnales que pſone erant: ⁊ ſpũs erãt: naturaq; ſimplices ⁊ vita ĩmortales diſferentẽ eſſentie tenuitatẽ: ⁊ differẽtẽ ſapie perſpicacitatẽ atq; differentẽ arbitrij libertatẽ ⁊ habilitatẽ recte habuiſſe intelligunt: ſicut in corporibus nõnulla dñia eſt ſm eſſentiam ac formã ⁊ põdus. Quedã enim alijs meliorẽ ac digniorẽ eſſentiã ⁊ formã hñt: ⁊ alia alijs leniora atq; agiliora ſunt: Ad hũc ergo modum credẽdũ eſt illas ſpũales naturas conuenientes ſue puritati ⁊ excellentie: ⁊ in eſſentia ⁊ in forma ⁊ in facultate dñias accepiſſe in exordio ſue cõditiõis: qb⁹ alij inferiores alij ſuperiores dei ſapia ꝯſtituerent: alijs maiora: alijs minora dona preſtãtis: vt qui tũc pnãlia bona alijs excellebant: ipſi etiã poſt per munera grẽ eiſdẽ preceſſent. Qui enim natura magis ſubtiles ⁊ ſapia ampli⁹ pſpicaces creati ſunt: hi etiã maiorib⁹ grẽ muneribus prediti ſunt: ⁊ dignitate excellentiores alijs ꝯſtituti. Qui vo natura minus ſubtiles ⁊ ſapientia minus pſpicaces ꝯditi ſunt: minora grẽ dona. habuerũt inferioreſq; ꝯſtituti ſunt ſapia dei equo moderamine cuncta ordinantis. In ipſa facultate arbitrij dñia aiaduertẽda eſt ſm differentẽ nature virtutẽ ⁊ differentem cognitionis ⁊ intelligentie vim. Et ſicut differẽs vigor ⁊ ſubtilitas nature ĩfirmitatẽ nõ adducit: minorq; cognitio ſapie ignorantiam nõ ingerit: ſic libertas inferior nullã arbitrio neceſſitatis voluntatẽ imponit.

Hic dici: q; differentes erãt in illis.

Per ſilitudinẽ corporum ita eſſe oſtendit.

Scðꝫ q̃dẽ ẽ cõſideranda dñia facultatis arbitrij q; nec minor tenuitas nature infirmitatẽ nec minor cognitio ſapiẽtie ĩgrãtiaꝫ nec ĩferior libertas neceſſitatẽ iducit.

¶ Que cõmunia ⁊ equalia habuerũt angeli. c

Et ſicut in predictis an

geli differebãt: ita ⁊ q̃dã cõia ⁊ eq̃lia habebãt

ꝙ ſpūs erant: ꝙ indiſſolubiles ꝛ immortales
erant cōe oībus ꝛ equale erat. In ſubtilitate
vero eſſentie ꝛ intelligētia ſapie ꝛ libertate vo
luntatis differētes erāt. has diſtinctiones in
telligibiles inuiſibiliū naturarū ille ſolus cō
Sap.ii. p̄hendere potuit ꝛ ponderare qui cuncta fe
cit in pondere numero ꝛ menſura.

¶ An boni vel mali iuſti vel iniuſti creati ſint ange
li ꝛ an aliq̄ mora fuerit īter creationē ꝛ lapſum. d

Illud quoqꝫ īueſtiga

tione dignū videt̄ qđ ē a pluribus queri ſo
let: vtrum boni vel mali: iuſti vel iniuſti creati
ſint angeli: ꝛ an aliqua mora fuerit inter crea
tionem ꝛ lapſuꝫ: vel ſine mora in ipſo creatio
nis exordio ceciderunt.

¶ Opinio quorūdam dicentium angelos in malitia
creatos: ꝛ ſine omni mora ruiſſe. e

Putauerūt enim qui

dam angelos qui ceciderūt creatos eē malos
ꝛ nō libero arbitrio in malitiā declinaſſe: ſꝫ eē
in malitia a deo factos eē nec aliquam fuiſſe
morā īter creationē ꝛ lapſuꝫ: ſꝫ ab initio apo
ſtataſſe: alios vero creatos fuiſſe plene btōs:
Qui opinionē ſuā muniūt auctē Aug. ſup
gen̄. ita dicētis: Nō fruſtra putari pōt ab ini
tio tp̄is diabolū cecidiſſe: nec cū ſcīs angelis
Joan.8. pacatum aliqñ viriſſe ꝛ btm̄: ſed mox apoſta
taſſe. vñ dn̄s ait: Ille homicida erat ab initio
ꝛ in veritate nō ſtetit: vt intelligamus: quia
Auguſtinus in veritate non ſtetit: ex quo creatus eſt q̄ ſta
ret ſi ſtare voluiſſet. Idē in eodē. Nō fruſtra
inq̄t putandū eſt ab ipſo initio tp̄is vel cōdi
tionis ſue diabolū cecidiſſe ꝛ nunq̄ in verita
te ſteriſſe. Vñ q̄dā in hāc malitiā libero arbi
Job.40. trio nō eē inflexū: ſꝫ in hac q̄uis a deo putāt
Pſal.103. eē creatum: ſcḋm illud beati Job. Hoc eſt īquit
initiū figmēti dei qđ fecit de⁹ vt illudat̄ ei ab
angelis ei⁹. Et ꝓpħa ait: Draco iſte quē for
maſti ad illudēdū ei tanq̄ primo fact⁹ ſit ma
lus īuidus ꝛ diabolus: nec volūtate depraua
tus. His aliiſqꝫ teſtimoniis vtunt̄ qui dicūt
angelos q̄ ceciderunt creatos fuiſſe malos ꝛ
ſine mora corruiſſe. eos vero qui p̄ſtiterunt p̄
fectos ꝛ beatos fore creatos aſtruunt auctē
Auguſtini qui ſuper gen̄. dicit: per celū ſigni
ficari creaturā ſpūalē que ab exordio quo fa
cta eſt ꝛ perfecta ꝛ beata eſt ſemper.

¶ Alioꝝ ſnīa ꝓbabilis qui dicūt oēs angelos creatos
eſſe bonos: ꝛ aliquā morulā fuiſſe inter creationem
ꝛ lapſum. f

Aliis autē videtur oēs

āgelos creatos eē bonos: ꝛ ī ip̄o creatōis ini
tio bonos extitiſſe. i. ſine vitio iuſtoſqꝫ fuiſſe
i. inocētes ſꝫ nō iuſtos. i. v̄tutū exercitiuꝫ ha
bētes. Nōdū enim p̄diti erāt virtutibus que
ſtantib⁹ appoſite fuerūt in ꝯfirmatione per
grām. aliis v̄o per liberꝫ arbitriū ſupbiētib⁹
ꝛ ideo cadentib⁹: aliquā etiā fuiſſe morulam
aiūnt inter creationē ꝛ lapſum ꝛ cōfirmatio
nem ꝛ in illa breuitate tp̄is oēs boni erant:
nō q̄dē per vſum liberi aribtrii: ſed per crea
tionis beneficiuꝫ: ꝛ tales erant qui ſtare pote
rāt. i. non cadere per bona creationis ꝛ cade
re per liberū arbitrium. Poterant enim pec
care ꝛ nō peccare: ſed nō poterāt proficere ad
merituꝫ vite: niſi grā ſupadderet̄ que addita
eſt q̄buſdam in cōfirmatiōe. Et ad hoc cōfir Aug. auctē te illa ꝯfirmāt hoc eſſe.
mādum vtunt̄ teſtimonio Auguſtini q̄ ſup
gen̄. dicit angelicā naturaꝫ primo informiter
creatā ꝛ celum dictā: poſtea formatā ꝛ lucem
appellatā qñ ad creatorem eſt cōuerſa p̄fecta
dilectione ei inherēs. vñ prius dictuꝫ eſt: In Gen.i.
p̄ncipio creauit deus celū ꝛ terram: ꝛ poſtea
ſubditū: dixit deus: fiat lux: ꝛ facta eſt lux: qꝛ
in primo agitur de creatiōe ſpūalis nature in
formis: poſtea de formatiōe eiuſdem. Ratio Rōne ideꝫ aſtruit.
quoqꝫ obuiat illis qui dicūt angelos creatos
fuiſſe malos. Non enim potuit creator opti
mus auctor mali eſſe: ꝛ ideo totum bonū erat
qđ ex ipſo illis erat: ꝛ totum bonū erat qm̄ ex
ipſo totum erat. Hoc modo ꝓbat̄ ꝙ boni
erāt oēs angeli qñ primo facti ſunt: ſed ea bo
nitate: quā natura incipiēs acceperat.

¶ Probationem Auguſtini ꝯtra illos inducit qui di
cunt angelos factos malos verba etiam Job deter
minat que illi pro ſe inducebant. g

Ideoqꝫ Aug. extermi

nans opinionē eoꝝ q̄ angelos creatos fuiſſe
malos putāt: auctē ꝛ rōne ꝓbat bonos fuiſſe
creatos: ꝛ verba p̄miſſa btī Job que illi pro
ſe īducebāt quō ſint intelligēda aperit dicens
ſup gen̄. Oīa inq̄t fecit de⁹ valde bona. Na Gen.i.
turam ergo angeloꝝ bonam fecit. Et qꝛ iniu
ſtuꝫ eſt vt nullo merito hoc in aliquo qđ crea
uit deus damnet: nō naturam ſed volūtatem
malā puniendam eſſe credendum eſt: nec eius
naturā ſignificatā eſſe cuꝫ dr̄ hoc eſt initium Job.40.
figmenti dei ꝛc̄. Sed corpus aereum qđ tali
voluntati aptauit deus: vel ipſam ordinatio
nem dei in qua eū initium etiam fecit vtilē bo
nis vel ipſius angeli facturaꝫ: qꝛ ꝛ ſi preſciret
deus voluntate malū futurum fecit tn̄ eū ꝓui
dēs quanta de illo ſua bonitate eēt facturus.
Figmentū ergo dei dr̄: qꝛ cū ſciret eum deus
volūtate malū futurū vt bonis noceret: crea
uit tn̄ illū vt de illo bonis ꝓdeſſet. hoc autem

ſecit vt illudat̄ ei. Illudit̄ enim ei cū ſcis ꝓfi
cit tētatio ei⁹. Sicut ⁊ mali hoīes quos de⁹
malos futuros preuidēs creauit tñ ad ſcōꝝ
vtilitatē illudunt̄ cum preſtat̄ ſcis eoꝝ tenta
tione ꝓfectus. Sed ipſe eſt initium q꞉ prece
dit antiquitate ⁊ ṗncipatu malitie. Hec autē
illuſio fit angelis malis ⁊ hoīb⁹ malis per an
gelos ſcōs q꞉ ſubdit eis angelos malos ⁊ ho
mines malos vt nō quantū nitunt̄: ſed quan
tum ſinunt̄ pñt nocere. Ecce aperte oſtendit
qualiter p̄dicta verba Job intelligēda ſint: ⁊
angelicā nām bonam creatā eſſe aſſeruit.

¶ Quō intelligenda ſint verba premiſſa dñi diſſerit euidēter tradēs angelos eſſe creatos bonos: ⁊ poſt creationem cecidiſſe. b

Deinde qualiter verba

Joan. 8. dñi q̄ ſupra poſuit accipiēda ſint Auguſtin⁹
aperit. vbi etiā ſua que predixit verba deter
minat euidenter docens angelos bonos fuiſ
ſe creatos: ⁊ poſt creationem interpoſita aliq̄
Augu. lib. ii. c. i. morula cecidiſſe ita inquiēs. Qꝛ putat̄ dia
bolus nunq̄ in veritate ſtetiſſe: nunq̄ beataꝫ
vitam duxiſſe: ſed ab initio cecidiſſe: non ſic
accipiendum eſt vt malus a bono deo creat⁹
eſſe putetur quaſi ab initio non cecidiſſe di
ceret̄. Non eniꝫ cecidit ſi talis. ſ. malus fact⁹
eſt. a quo enim caderet? Factus ergo prius
ſtatim a veritate ſe auertit propria ptāte dele
ctatus. beateqꝫ vite dulcedinem nō guſtauit:
quā acceptā nō faſtidiuit: ſꝫ nolendo accipe
amiſit. Sui ergo caſus preſcius eē potuit: q꞉
ſapie fruct⁹ eſt pietatis. Cōtinuo autē vt fa
ctus eſt cecidit: nō ab eo quod accepit: ſed ab
eo quod acciperet: ſi deo ſubdi voluiſſet. Ecce
hic aperte declarat angelos bonos creatos
fuiſſe: ⁊ poſt creationē cecidiſſe: ⁊ fuit ibi ali
qua morula lꝫ breuiſſima. Quod Origenes
Ezech. 3. ꝯfirmat ſup Ezech. dicēs: Serpens hoſtis
ꝯrius veritati nō tñ a principio nec ſtatim ſu
pra pect⁹ ⁊ ventrē ſuū ambulauit: ſicut Adā
⁊ eua nō ſtatim peccauerunt: ita ⁊ ſerpēs ali
qñ fuit nō ſerpens cū in paradiſo delitiarum
moraret̄: deus enim malitiā non fecit. Ecce
aperte dicit poſt creationē interpoſita moru
Joan. 8. la cecidiſſe. Ideoqꝫ illa vba ſic accipiēda vi
dent̄. homicida erat ab initio vel mendax. i.
ſtatim poſt initiū qñ ſibi equalitatē dei ꝓmi
Matth. 3. Inimic⁹ hō ſup ſeminauit ⁊c. ſit ⁊ ſeipm occidit. qui hō dicit̄ in euangelio
nec in veritate ſtetit: q꞉ in ea nō fuit: ſꝫ ab ini
tio tpis. i. ſtatiꝫ poſt iniciū tpis apoſtatauit.
Pōt etiā ⁊ ſic accipi illud: ab initio homici
da fuit vel mendax. i. ex quo hō fuit conditus
quē per inuidiā in mortē p̄cipitauit ⁊ fallaci
ter ſeduxit. Ex predictis ergo liquet angelos
bonos oēs eē creatos ⁊ poſt creationē q̄ſdā
cecidiſſe a bono qđ habuiſſent ſi pſtitiſſent.

¶ Q̄ triplex fuit ſapiētia in angelis ante caſum vel confirmationem. i

Hic iquiri ſolet quā ſa

piaꝫ habuerūt añ caſuꝫ vl̄ ꝯfirmationē? Erat
eis triplex nālis cognitio qua ſciebant q̄ fa
cti erāt ⁊ a quo facti erāt: ⁊ cū quo facti erant
⁊ hēbāt aliquā boni ⁊ mali notitiā: itelligen
tes q̄d appetendū vel reſpuendum illis foret.

¶ An aliqui dei habuerit dilectionē vel ſui inuicē. k

Solet ēt queri: vtrū ali

quam dei vel ſui dilectionē inuicē habuerint.
Ad qđ dici pōt q̄ nālē dilectioneꝫ hēbāt: vt
memoriā: intellectū ⁊ igeniū qua deū ⁊ ſe ali
quaten⁹ diligebāt per quā tñ nō merebant̄.

¶ Iſta eſt diſtinctio 3ª huius ſcdi libri: in qua magr̄ poſtq̄ egit de creatione angelorū quo ad ꝯditiōes extrinſecas incipit agere de eodē quo ad ꝯditiōes eorū intrinſecas. Et circa hoc tria facit. Nam p̄mo oſtēdit cōditiones eorū in nālib⁹. Scdo oſtēdit cōditionē eoꝝ in gratuitis. Tertio facit hoc idē in quibuſdā meritoriis. Primū facit a p̄n° diſtinctionis vſqꝫ ibi (Illud quoqꝫ.) Scdꝫ ab inde vſqꝫ ibi (Hic inquiri.) Tertiū vſqꝫ ad finē diſtinctionis. Et tantū in gñali. In ſpāli ſnia magr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpōnibus quaꝝ pª eſt hec. ¶ Angeli in principio ſue creationis differēter acceperūt eēntie ſimplicitatē diſtīctā ſubſiſtēdi pſonalitatē intelligendi pſpicacitatē ⁊ arbitrii libertatē. Iſtā ꝓpōnē magr̄ probās ꝓponit q̄ quattuor ſunt circa creationē angeloꝝ ꝯſideranda. que in p̄n° ſue creationis acceperunt. quoꝝ duo pª pertinēt ad eoꝝ ſubam. cuiuſmodi ſunt eēntie eorū imālis ſimplicitas: ⁊ diſtinctionis eoꝝ pſonalis diuerſitas. Tertiū vo ſpectat ad eoꝝ formā. ſ. intelligendi pſpicacitas. Quartū vo ſpectat ad eoꝝ ptātem ſcilꝫ volendi libertas. Hec q̄ttuor oēs angeli in ſua creatione acceperūt: nō tñ eq̄liter: ſed diſpares in his creati fuerūt. Vñ infert q̄ ſicut differenteꝫ nām in angelis ſequit̄ differēs cognitio. ita etiā differēs gr̄e collatio: ⁊ differens arbitrii libertas. ¶ Secūda ꝓpoſitio eſt hec: q̄ angeli nulla malitia cuiuſcunqꝫ culpe in ſua creatiōe fuerūt deprauati. Hāc ꝓpōneꝫ magr̄ ꝓbās querit: vtrū angeli creati ſunt boni vel mali. ⁊ vtrū aliq̄ morula inter eoꝝ creationem ⁊ lapſum extiterit. Ad quas q̄ōnes ſimul r̄ndēs recitat opinionē quorūdā dicentiū angelos fuiſſe creatos malos nec fuiſſe morā īter eoꝝ creationē ⁊ lapſum. qđ ꝯfirmat auc̄te euāgelii Joānis: vbi xp̄s dic̄ diabolū homicidaꝫ fuiſſe ⁊ in veritate non ſtetiſſe. Et auc̄te Job. 4. vbi dr̄ q̄ diabolus eſt initiuꝫ figmēti dei ad illudēdum ei. Cōfirmat illđ auc̄te bti Augu. qua etiā ꝓbat angelos qui pſtiterunt fuiſſe creatos pfectos ⁊ bōs. Poſtea recitat aliā opinionem ⁊ pª ꝯriam que dicit oēs angelos fuiſſe creatos bonos ⁊ iuſtos. quantū ad carentiā mali ⁊ iniuſtitie: ſed non quātū ad grām ꝯſumatā: ⁊ dicit etiā morā fuiſſe inter creationē ⁊ lapſuꝫ. Quā opinionē ꝯfirmat auc̄te bti Augu. ⁊ ꝓbat eā rōne que ſtat in hoc. Q̄ cum deus ſit optimus nō pōt mala creatura per ipſum pro-

duci. Imo ſi angelu3 malū creaſſet nequaꝗ̄ malum ipſi⁹ puniret. Deinde ſoluit auctꝰ pro alia opiniōe allegatas dictꝰ ꝙ diabolus dr̄ initium figmēti dei: eo ꝙ deus ꝓuidit qn̄ ip̄m fecit quāta bona de eius malitia ꝓuenirēt cum ad ei⁹ tētationes ſancti proficerēt. Silr̄ dicit ip̄m in veritate non ſtetiſſe: qꝛ a veritate cecidit a qua nō cecidiſſet ſi in veritate creatus nō fuiſſet. Dicit etiam ip̄m fuiſſe homicida3 ab initio qꝛ ſtati poſt initiū tp̄is apoſtatauit: ⁊ ſeipſum occidit. Uel dr̄ homicida ab initio cōditionis hoīs quē per fallaciā ſeducēdo occidit. ¶ Tertia propoſitio eſt hec: ꝙ ſpūs angeli creati mox nāli cognitione ſui ⁊ creatoris licet non meritorie erāt decorati. Hanc magr̄ probans dicit ꝙ oēs angeli a principio ſue creationis cognouerūt deū ⁊ ſe ⁊ ceteras creaturas. Unde intellexerunt q̄d appetendū ⁊ quid reſpuēdū foret. ⁊ tam boni ꝗ̄ mali notitiā habuerūt. Silr̄ deū ⁊ ſe naturali dilectione quadā ſed non meritorie dilexerunt quia radix meriti. ſ. grā eis adhuc nō fuit addita. Et sīr in ſpeciali.

¶ An pſectos ⁊ beatos creauit deus angelos. an miſeros ⁊ imperfectos. a

Diſtin. IIII. De btitibus btitudinis ⁊ miſerie āgelorum.

Oſt hec vidēdū

eſt: vtrū pſectos ⁊ beatos creauit deus angelos. an miſeros ⁊ imperfectos. Ad qđ dici pōt ꝙ nec in beatitudine nec in miſeria creati ſunt. Miſeri enim ante peccatū eē nō potuerūt: qꝛ ex peccato miſeria ē. Nā ſi nō fuiſſet pctm̄ nulla eēt miſeria. Beati quoq3 nunꝗ̄ fuerūt illi qui ceciderūt. qꝛ ſui euentus ignari fuerūt i. pcti ⁊ ſupplicij futuri. Si enim lapſum ſuū pꝛeſciuerunt aut vitare voluerūt ſed nō potuerunt: ⁊ ita erant miſeri. aut potuerunt ſed noluerunt; ⁊ ita erant ſtulti ⁊ maligni. Ideoq3 dicimus qꝛ non erant pꝛeſcij euentus ſui; nec eis data eſt cognitio eorū que futura erant ſuper eos. Boni vero ⁊ qui perſtiterūt forte ſue beatitudinis pꝛeſcij fuerunt. Unde Aug. ſup Geñ. Quomodo inquit beatus inter angelos fuit qui futuri peccati atq3 ſupplicij pꝛeſcius non fuit. Queritur autē cur nō fuerit? Forte hoc deus reuelare diabolo noluit quid facturus vel paſſurus eſſet: ceteris vero reuelare voluit ꝙ in veritate manſuri eſſent. His verbis videtur Auguſtinus ſignificare ꝙ angeli qui corruerūt nō fuerūt pꝛeſcij ſui caſus. ideoq3 beati non fuerūt. Et ꝙ angeli qui pſtiterunt beatitudinem ſibi affuturam pꝛeſciuerūt: atq3 de ea certi in ſpe extiterunt vnde quodammodo iam beati erāt. Et reuera ſi fuiſſet: poſſet illos dici aliquo modo fuiſſe beatos. alios vero nō qui neſcierunt euentum ſuum.

Q non fuerūt mali angeli pſcij ſui caſus bōi vero forte fuerunt pꝛeſcij futuri boni.

Lib. io. c. 4.

¶ Q opinādo Aug. hoc dixerit non aſſerendo. ſ. ꝙ angeli qui pſtiterunt pꝛeſcij fuerūt futuri boni. b

Sed hoc magis opinā

do ⁊ querēdo dicit Aug. ꝗ̄ aſſerendo. Uñ ⁊ huic opinioni opponens conſequēter ſubdit: Sed quare diſcernebantur illi a ceteris? vt deus iſtis que ad ipſos ptinerent non reuelaret. alijs vero reuelaret. cū non prius ſit ipſe vltor ꝗ̄ aliquis peccator: non enim damnat ipſe innocentes. Hic videtur innuere ꝙ nec peccaturis futurum malum nec permāſuris futurum bonum reuelauerit. Ideoq3 nec illi qui ceciderunt vnꝗ̄ nec illi qui perſtiterunt vſq3 ad conſumationem beati fuerunt: qꝛ beati non poterant eē ſi de beatitudine certi non erant: vel ſi damnationis incerti erant. Unde Auguſtinus in eodem. Dicere inquit de angelis ꝙ in ſuo genere beati eē poſſunt damnationis vel ſalutis incerti: quibus nec ſpes eſſet ꝙ mutandi eſſent in melius nimia pꝛeſumptio ē. Quomodo enim beati eſſe pn̄t q̄bus eſt incerta ſua beatitudo?

Aug. ſuper Geñ. lib. ii. c. 27.

¶ Sūmam colligit predictoꝝ ꝯfirmās oēs angelos ante ꝯfirmationē vel lapſum nō fuiſſe btōs niſi per btitudinē accipiat il'ū ſtatū inocētie in quo fuerunt ante caſum. c

Ex p̄dictis cōſequitur

ꝙ angeli qui corruerunt nunꝗ̄ beati fuerunt niſi beatitudinē aliquis accipiat illum ſtatu3 innocētie in quo fuerunt ante peccatum. Illi vero qui perſtiterunt aut ſuam beatitudinem futuram deo reuelante p̄ſcierunt ⁊ ita ſpei certitudine aliquo modo beati fuerunt vel incerti extiterunt ſue beatitudinis: ⁊ ita aliter beati non fuerunt ꝗ̄ reliqui qui ceciderunt. Mihi autem quod poſterius dictum eſt probabilius videtur.

¶ Rñſio ad id qđ querebať an angeli eſſent creati pfecti aut impſecti. ⁊ dicit ꝙ perfecti fuerunt ſ3 aliquid: ⁊ impſecti ſm̄ aliquid. d

Ad hoc aūt quod que

rebatur: vtrum perfecti vel imperfecti fuerint creati: dici poteſt quis quodāmodo perfecti fuerint: ⁊ quodam alio modo īperfecti. Non enim vno modo aliquid dicitur perfectum ſ3 pluribus.

¶ Q tribus modis dicit perfectū ſm̄ tēpus: ſ3 naturam: ⁊ vniuerſaliter perfectum. e

Dicitur nāq3 pſectum

tribus modis. Eſt enim pſectum ſm̄ tp̄s ⁊ pfectum ſm̄ naturā: ⁊ eſt vniuerſalr̄ perfectu3. Scđm tēpus pſectu3 eſt qđ hēt q̄cq̄d tēpus reqrit ⁊ cōuenit ſm̄ tp̄s hēri ⁊ hoc mō angeli erant pfecti ante ꝯfirmatione3 vel lapſum. Scđm naturā perfectū eſt qđ hēt quicq̄d debitum eſt; vel expedit nature ſue ad glorifica

Digitized by Google

tionem: ꝛ hoc modo perfecti fuerunt angeli poſt cõfirmationẽ: ꝛ erunt ſancti poſt reſurrectionem. Uniuerſaliter ꝛ ſumme perfectus eſt: cui nihil vnq̃ deeſt ꝛ a quo vniuerſa proueniũt bona q̄d eſt ſolius dei. Prima ergo ꝑfectio eſt nature condite: ſecunda nature glorificate: tertia nature increate.

℃ Predicta breuiter tangit addens quales fuerunt angeli in cõuerſione ꝛ auerſione. f

Quales fuerint angeli

in creatiõe oſtẽſum eſt boni ſcilicet ꝛ nõ mali. iuſti. i. innocẽtes ꝛ ꝑfecti quodãmodo. alio vero modo imꝑfecti. Beati vero nõ fuerunt vſq̄ ad ↄfirmationẽ niſi beatitudo accipiatᷣ vt iam dictum eſt: ille ſtatus inocẽtie ꝛ bonitatis in quo conditi ſunt.

℃ Iſta eſt diſtinctio 4ª huius ſcḋi libri: in qua magiſter poſtq̄ egit de conditionib' angelorũ quo ad iſtũ incohationis. Agit de ↄditionib' eorum quo ad ſtatum ↄtinuationis. Et tria facit ſm tres q̄ones q̄s mouet. Primo enim inq̄rit an angeli fuerunt creati bti vel miſeri. Scḋo an angeli mali ſui lapſus fuerũt ꝑſcij. Tertio an oẽs fuerũt ꝑfecti creati. Primũ facit a ꝑncipio diſtinctionis vſq̄ ibi (Queritᷣ autem car.) Scḋm ab inde vſq̄ ibi (Ad hoc autem.) Tertiũ vero ab inde vſq̄ ad finem diſtinctionis. ꝛ tñ in gñali. In ſpãli aũt inia magiſtri ſtat in trib' ꝓpõnib' q̄rũ pͥma eſt hec. ℃ Angeli ꝓprie nec bti nec miſeri fuerũt creati. Hac ꝓpoſitionẽ magr̃ inueſtigãs ꝓponit pͥmo. Utrũ angeli ſunt creati bti vel miſeri: ꝑfecti vel imꝑfecti. Et videt ad pͥmũ iſtorũ dicens q̄ nulli angeli ſunt creati miſeri vel bti. q̄ nõ miſeri patet: q2 dato q̄ ſic. hoc videtᷣ maxime verũ eſſe de angelis malis: ſed illi nõ fuerũt miſeri creati: q2 nõ fuerũt creati in pctõ. q̄d q̄dẽ peccatũ ſolum miſeria cõſequitᷣ. q̄ etiã ipſi demones nõ fuerunt creati bti patet ex hoc q̄ nõ habuerũt certitudinem ſui ſtatus nec ſuum caſum ꝑſciuerunt. Q̄d etiam bti angeli nõ fuerũt creati bti. patet ex hoc q̄ ãn lapſum nulla fuit diſtinctio bonorũ angelorũ a malis: ꝛ tã boni q̄ꝫ mali fuerũt incerti ſui ſtatus: licet dicat Auguſ. bonos ſuũ ſtatũ ꝑſciuiſſe: ꝛ nõ malos. quod tñ magr̃ dicit btm̃ Auguſtinũ plus dixiſſe inq̄rendo q̄ꝫ aſſerendo. ℃ Ex pdictis infero ſcḋam ꝓpõnem que eſt q̄ angeli videlicet mali ſuum caſum ꝛ boni ſuam cõfirmationem nõ ꝑſciuerunt. Patet iſta ꝓpoſitio ex predictis. ℃ Tertia ꝓpoſitio eſt hec: q̄ angeli tam boni q̄ꝫ mali ante cõfirmationem bonorũ ꝛ lapſum malorũ oẽm ꝑfectionẽ pro illo tpe eis congruentem habuerunt. Hanc ꝓpõnẽ probat videndo ad q̄õnem talem. ſ. vtrum angeli ſint creati ꝑfecti vel imꝑfecti. Pro cuius euidentia magr̃ ponit triplicẽ ꝑfectionẽ. Quarũ pͥa attẽditᷣ ſm tp̃s. Scḋa ſm nãm. Tertia ſm vlem oium bonorũ abundantiã. Primã habuerunt oẽs angeli mox creati: q2 nihil ꝑfectionis cõueniebat eis pro illo tpe q̄d nõ habuerunt. Scḋam que includit omne illud cuius nã capax eſt non habuerunt mox creati ſed ſtantes in gr̃a acceperunt illam ꝑfectionẽ in gr̃a ↄfirmati. Tertiã vero nemo hꝫ nec hr̃e põt ꝑter ſolũ deum. Ex qua diſtinctione magr̃ cõcludit angelos quodãmõ fuiſſe perfecte creatos ſ. quo ad perfectionem temporis illius ꝛ quodãmodo non perfectos. ſ. quo ad perfectionem nature. ſꝫ nullo modo perfectos quo ad tertiam perfectionẽ: vniuerſalem que includit oium bonorum abundantiam. Et tñ in ſpeciali.

℃ De conuerſione ꝛ ↄfirmatione ſtantium ꝛ auerſione ꝛ lapſu cadentium. a

Diſtin. V. Quales facti ſunt angeli auerſione ꝛ conuerſione cadẽtiũ.

Poſt hec cõſide

rõ adducit iq̄rere q̄les effecti ſint cum diuiderentᷣ auerſione ꝛ conuerſione. Poſt creationem nãq̄ mox q̄dã ↄuerſi ſũt ad creatorẽ ſuũ: q̄dã auerſi. Cõuerti ad deum fuit ei charitate adherere auerti odio habere vel inuidere. Inuidie nam q̄ mater eſt ſupbia: qua voluerunt ſe pariſicare deo. In conuerſis quaſi in ſpeculo relucere cepit dei ſapientia qua illuminati ſunt. auerſi vero excecati ſunt. Et illi quidem conuerſi ſunt ꝛ illumiati a deo gratia appoſita. Iſti vero ſunt excecati non immiſſione malitie ſed deſertione gratie a qua deſerti ſunt: nõ ita quod prius dedita ſubtraheretᷣ: ſed quia nunq̄ eſt appoſita vt conuerterentur. Hec eſt ergo conuerſio ꝛ auerſio qua diuiſi ſunt qui natura boni erãt: vt ſint alij ſupra illud bonũ per iuſtitiam boni alij illo corrupto per culpam mali conuerſio iuſtos fecit: ꝛ auerſio iniuſtos. Utraq̄ fuit voluntatis ꝛ voluntas vtriſq̄ libertatis.

℃ De libero arbitrio breuiter tãgit docẽs q̄d ſit. b

Habebãt enim oẽs libe

rũ arbitriũ quod eſt libera poteſtas: ꝛ habilitas volũtatis rationalis. Poterãt enim voluntate eligere quodlibet ꝛ ratione iudicare ideſt diſcernere in quibus conſtat liberum arbitrium nec creati ſunt volẽtes auerti vel conuerti: ſed habiles ad volendum hoc vel illud ꝛ poſt creationem ſpontanea voluntate alij elegerunt malum: alij bonum: ꝛ ita diſcernit deus lucem a tenebris ſicut dicit ſcriptura. ideſt bonos angelos a malis: ꝛ lucem appellauit diem: noctem vero tenebras: quia bonos angelos gratia ſua illuminauit: malos vero excecauit.

℃ Poſt creationem aliquid datum e ſt ſtantibus per quod conuertentur: nec merito aliquo ſed gratia cooperans. c

Si aũt queritur. Utrũ

poſt creationem conuerſis aliquid collatum ſit per quod conuerterentur: ideſt diligerent deum? Dicimus quia eſt eis collata gratia cooperans ſine qua non poteſt proficere rationalis creatura ad meritum vite.

Google

Cadere enim pōt per ſe: ſed ꝑficere non pōt ſine gratia adiuuante.

Qua gratia indigebat angelus: ⁊ qua non. d

Nō indigebat angelus grā per quā iuſtificaret̃: q2 malus nō erat: ſ3 qua ad diligēdū deū pſecte ⁊ obediēdū adiuuaret̃. Operans q̄dē grā dicit̃ qua iuſtificat̃ ipſi⁹. i. de impio fit pius: de malo bon⁹. Cooperās ꝟo grā qua iuuat̃ ad bñ volēdū efficaciter ⁊ deū pre oībus diligendū ⁊ operandu3 bonū: ⁊ ad pſeuerādū in bono ⁊ hi⁹ de quib⁹ poſtea plenius dicemus. Data eſt ergo angelis qui pſtiterunt coopans grā per quā conuerſi ſunt vt deū pſecte diligerēt. Conuerſi ergo ſunt a bono qđ hēbant non pdito ad maius bonū qđ nō hēbant ⁊ facta eſt iſta cōuerſio p gratiā cooperante3 libero arbitrio que grā alijs qui ceciderunt appoſita non fuit.

Que ſit gratia operans ⁊ que cooperans.

An ſit imputādū illis qui auerſi ſunt. e

Ideoq3 a quibuſdā dici ſolet nō eē imputādū illis qui auerſi ſunt ⁊ nō cōuerſi: q2 ſine grā cōuerti nō poterāt: ſ3 illa nō eſt eis data nec culpa illorū fuit ꝙ non eſt data: q2 in eis nulla culpa adhuc preceſſerat. Ad qđ dici pōt qm̄ quibus appoſita eſt ipſa grā non fuit ex meritis eorū alioquin ia3 non eſſet gratia: ſi ex merito quod eſſet ante gratiam daretur.

Qua culpa grā nō eſt data eis qui ceciderunt. f

Quod vero alijs nō eſt data: culpa eorū fuit: q2 cū ſtare poſſēt noluerūt quouſq3 grā appōeret̃ ſicut alij pſtiterūt donec illis cadētibus p ſuperbia3 eis grā appoſita eſt. Apte ergo cadentiu3 culpa in hoc dep̄hendi pōt: q2 l3 ſine grā nequirēt ꝑficere quā nōdū acceperant: p id tñ qđ eis collatu3 erat in creatōe poterāt nō cadere. i. ſtare q2 nihil erat qđ ad caſum eos cōpelleret: ſ3 ſua ſpōtanea voluntate declinauerunt: qđ ſi nō feciſſent: qđ datum eſt alijs vtiq3 daretur ⁊ iſtis.

Q angeli in ipſa cōfirmatione bti fuerunt: ſ3 vtrū eam meruerint per grām tūc ſibi datam ambiguū eſt. de hoc enim diuerſi diuerſa ſentiunt. g

Id ergo de gratia ⁊ libero arbitrio idubitāter teneam⁹ q𝑑 Hiero⁹ in explanatione fidei catholice ad Damaſum papā: Jouiniani ⁊ Manichei ⁊ pelagii errores collidens docet. Liberū inquit ſic confitemur arbitriū: vt dicamus nos ſemꝑ indigere dei auxilio: ⁊ tam illos errare qui cum manicheo dicunt hoīem pctm̄ vitare non poſſe: ꝙ illos qui cum Jouiniano aſſerunt hoīem nō poſſe peccare. Uterq𝑧 tollit arbitrij libertatē. Nos vero dicimus hoīem ſemper ⁊ peccare ⁊ non peccare poſſe: vt ſemper nos liberi cōfiteamur eſſe arbitrij. Hec eſt fides quā in catholica eccleſia didicimus: ⁊ quam ſemper tenuimus.

¶ Iſta eſt diſtictio. 28ᵃ hui⁹ ſcdi libri: In qua magr̄ oſtēſa efficiētī gr̄a in libero arbitrio: hic agit de ſufficientia liberi arbitrij ſine gr̄a. Et tria facit. Nam p̄ exprimit pelagianoꝝ errorē. Scdo ſubdit eoꝝ obiectiones ⁊ obiectionū ſolutiones. Tertio ſubiungit v̄itatis affirmationē. Primū facit vſq𝑧 ibi (Q𝑑 aūt dicūt.) Scdm̄ vſq𝑧 ibi (Illud etiam diligēter.) Tertiū v̄o vſq𝑧 ad finem diſtinctionis. Et tātū i gr̄ali. In ſpāli ſnia magr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpōnib⁹: quarū p̄ᵃ eſt hec. ¶ Et ſi liberū arbitriū in merito habeat magnā virtutē: tn̄ ſine gr̄a non ſufficit homini ad ſalutē. Hāc magr̄ inſinuās dicit ꝙ liberū arbitriū non ſufficit hoī ſine gr̄a ad ſalutem: ꝙuis pelagiana hereſis oppoſitū videat̄ ſentire. Nam Pelagius monachus a quo talis hereſis denoiat̄: intātū de libero arbitrio p̄ſumebat ꝙ aſſerebat gr̄am dei dari ſcḋm ei⁹ merita: ⁊ etiā hoīem poſſe iplere mādata ſine gr̄a. Unī icrepat⁹ a cōmonachis ſuis dicentib⁹: ad quid gr̄a tūc neccīa eſſet: ſi ſine gr̄a poſſemus adimplere mādata. Qui rn̄dit ad hoc vt hō facili⁹ cū gr̄a mandata dei adimplere poſſe. Addidit etiā alia inconueniētia que dicebat ex hoc ſequētia. ſ. orōnes quas facit eccl̄ia nihil ꝯferre his pro q̄b⁹ fiunt ſolt̄ē infidelibus ⁊ pctōrib⁹: ſiue fidelib⁹: q𝑟 ex ſua ꝓpria voluntate ꝯuertunt̄ ad deum ⁊ nō ex nr̄is orōnibus: ⁊ ꝙ gr̄a dat̄ ſcḋm merita nr̄a ⁊ ꝙ puuli ſine origīali pctō naſcunt̄: q𝑑 totū eſt hereticū. ¶ Scḋa ꝓpō eſt hec: Lꝫ viatorib⁹ liberū arbitriū ſit inatum: tn̄ ſine gr̄a nullus pōt dei adimplere p̄ceptū nec vitare pctm̄. Hāc magr̄ inſinuās ponit q̄nq𝑧 rōnes. q̄b⁹ heretici illi. ſ. Pelagiani ſuā hereſim ꝯfirmabāt. Quarum p̄ᵃ eſt talis. Hō per ſolū liberū arbitriū ſine gr̄a pōt vitare pctm̄ ⁊ facere bonū. ergo pōt per ſolum liberū arbitriū mereri. Tenet ꝯn̄tia ex hoc ꝙ non iputatur homini culpa in eo q𝑑 vitare nō pōt. Aſſumptū ꝓbāt heretici auc̄te b̄ti Augu. qua dicit ꝙ voluntas eſt qua peccat̄ ⁊ qua recte viuit̄. Et rn̄dēs magr̄ dicit b̄tm̄ Augu. illā auc̄tem in libro retractationum gloſaſſe: ⁊ dicit eā cū additione fore intelligēdā. ſ. ꝙ volūtas qua peccat̄ ⁊ recte viuit̄ non poteſt in bonum dirigi: niſi per gr̄am dei a pctō mundata iuuetur. Scḋa eſt. Si mandata dei ſine gr̄a dei ſeruari nō poſſunt: tunc aliqui non ſeruantes ea nō peccant vt pꝫ de paruulis. natis in pctō originali: ſed conſequens eſt falſum: ⁊ ꝯn̄tia patet auctoritate b̄ti Auguſtini dicētis ꝙ nullus debet reputari reus ideo: q𝑟 nō fecit q𝑑 facere non potuit. Et rn̄dens magr̄ dicit beatū Auguſtinū hoc verbum ſcripſiſſe contra manicheos qui poſuerant in homīe duas ēe natu-

Digitized by Google

ras: vnā bonā: aliā malā. bonā a deo: malā vo a diabolo: qḋ ſi ita eſſet tūc ſ3 illā malā nām hō non poſſet facere bona nec vnq̄ poſſet bonum velle. ⁊ tunc hi⁹ nō eſſet ſibi īputandū ꝙ nō faceret bonū nec etiā ꝙ eſſet malus. Tertia ratio eſt: Hō reſurgere pōt a pctō ſine grā: igit̄ pōt facere bonum ſine grā. Tenet ↄ̄ſiā: ſed aſſumptum p3 auctē bti Augu. qui dicit: mutare voluntatē eſt in ptāte nr̄a. Et r̄ndens magr̄ dicit beatum Augu. intellexiſſe ꝙ q̄uis mutare voluntatem ſit in ptāte nr̄a: hoc tn̄ eſt a deo per gratiā. Quarta ratio eſt. Hō pōt credere in deū abſq3 gratia igit̄ ⁊c̄. ↄ̄ſiā tenet. Antecedens p3 per btm̄ Augu. dicētē ꝙ credere ⁊ velle eſt noſtru3. Et r̄ndet magr̄ dicēdo ꝙ credere ⁊ velle dei eſt p̄incipal̄r: noſtru3 aūt ex ↄ̄ſiti. Quinta rō eſt: Habere fidē eſt nāle homini: igit̄ hō ſine grā pōt credere in deum ⁊ hēre fidem: ⁊ per ↄ̄ſñs bn̄facere. Et r̄ndet magr̄ dicens ꝙ hēre fidem eſt nāle homini: per hoc non plus intendebat niſi ꝙ hō eſſet ſm̄ ſua nālia aptus ad credendum ⁊ diligēdū ⁊ nihilominus credere ⁊ intelligere ſine grā eſſe nō poſſunt. ℭ Tertia ꝓpō eſt hec: Ex predictis ↄ̄ſtat oēs hereticos illos errare qui dicūt nos ad bonū dei auxilio nō indigere. Hāc enim propōnem magr̄ ponens dicit ſnialiter illos hereticos errare qui ponūt hoiem ꝓꝑ malā nām non poſſe vitare peccatū cuiuſmodi fuerūt māicbei: ⁊ etiā alios qui ponūt hoies nō poſſe peccare ꝓꝑ nām bona3: ſicut Joniani: qr̄ ambe ille opiniones tollunt arbitrij libertatē: ſm̄ quam vt tenet ſnia catholica: hō ſemꝑ pōt peccare ⁊ nō peccare. Et tātum in ſpāli.

ℭ Utrum homo añ peccatum eguerit gratia operante ⁊ cooperante. a

Di. XXIX. De ptāte li. arbi. primi. homis vtrū. ſ. eguerit grā opante ⁊ coopante ſm̄ ſtatum nāe iſtitute. Qḋ opante ⁊ coopante eguerit: ſed operāte nō eguerit ſm̄ oēm modū q̄ ipſa opat̄.

Poſt hec cōſiderādū eſt: vtrū hō ante pctm̄ eguerit grā operāte ⁊ cooperāte. Ad qḋ breuiter dicim⁹ qr̄ nō cooperante tm̄: ſ3 et̄ operante grā indigebat: nō q̄dē ſm̄ oēm operādi modū operātis grē. Opat̄ enī liberādo ⁊ ꝑparando voluntatē hois ad bonū: egebat itaq3 hō ea: nō vt liberaret volūtatē ſuā que pctī ſerua nō fuerat: ſed vt prepararet ad volendū efficaciter bonū qḋ per ſe non poterat. Nō enim poterat bonu3 mereri ſine grā vt Aug. in encb. euidēter tradit. Illā inquit īmortalitatē in qua poterat nō mori natura humana: ꝑdidit ꝑ liberū arbitriū. Hanc vero in qua nō poterat mori acceptura ē per gratiā: quā fuerat ſi nō peccaſſet acceptura ꝑ meritū. Quāuis ſine grā nec tunc vllum meritum eē potuiſſet: qr̄ ⁊ ſi pctm̄ in ſolo erat arbitrio cōſtitutum: nō tn̄ iuſtitie habende vel retinende ſufficiebat liberū arbitrium niſi diuinum preberetur adiutorium. Ecce his verbis ſatis oſtenditur ꝙ ante peccatum homo indigebat gratia operante ⁊ cooperante. Nō enī habebat quo pedes mouere poſſet ſine gratie operantis ⁊ cooperantis auxilio: habuit tamen quo poterat ſtare.

ℭ Q hō ante lapſum virtutes habuerit. b

Preterea q̄ri ſolet: Utrū hō ante lapſum virtutē habuerit. Quibuſda3 videt̄ ꝙ non habuerit: id ita ꝓbare conātibus. Juſtitiā inquiunt non habuit, qr̄ preceptum dei contēpſit. nec prudentia3: quia ſibi non preuidit. nec temperantiam: quia aliena appetijt. nec fortitudinē: qr̄ praue ſuggeſtioni ceſſit. Quibus reſpōdentes dicimus eum quidem nō tunc habuiſſe has virtutes quando peccauit: ſed ante ⁊ tunc amiſiſſe. Quod multis ſanctorū teſtimonijs cōprobat̄. Ait enim Aug. in quada3 homelia: Adam ꝑdita charitate malus inuētus eſt. Itē: Princeps vitiorū dum vicit adam de limo terre ad imaginem dei factū pudicitia armatum: tēperantia cōpoſitū: charitate ſplendidū: primos parentes illis donis ac tātis bonis expoliauit: pariterq3 peremit. De hoc eodem Ambr̄. ad Sabinū ait: Quādo adam ſolus erat nō eſt preuaricatus: qr̄ eius mens deo adherebat. Sup ꝑſal. quoq3 dicit: Q ḋ hō ante peccatū beatiſſimus auram carpebat etheream. Sed quō ſine virtute beatiſſimus erat? Aug. quoq3 ſup geñ. dicit adam ante pctm̄ ſpiritali mēte preditū fuiſſe. Nō eſt ergo dubitandu3 hominē ante pctm̄ virtutibus fulſiſſe: ſed illis ꝑ peccatum expoliatum fuiſſe.

Scōꝝ teſtimonijs affirmat hominē pᵐ habuiſſe virtutes.

ℭ De eiectione hominis de paradiſo. c

In illi⁹ quoq3 pctī penam eiectus eſt de paradiſo in iſtū miſeriaru3 locū: ſicut in geñ. legitur. Nūc ergo ne forte mittat manum ſuā ⁊ ſumat de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat in eternu3: emiſit eum deus de paradiſo voluptatis. His verbis īſinuari videtur ꝙ nunq̄ moreretur: ſi poſtea de illo ligno ſumpſiſſet. Gen. 3.

ℭ Quō intelligendū ſit illud ne ſumat de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat in eternum. d

Sed qr̄ ꝑ pctm̄ iā mortuum corpus habebat: illa verba ex tali intellectu accipi poſſunt. Deus modo irati loquēs de homine ſuperbo ait. Uidete ne forte mittat manu3 ſuam ⁊c̄. i. cauete vos angeli ne comedat de ligno vite quo indignus eſt: de quo ſi perſtitiſſet comederet ⁊ viueret in eternum. Sed modo propter inobedientia3 indignus eſt comedere. Et ſicut verbo dixit ita opere exhibuit. Emiſit enim eū deus de paradiſo voluptatis in locum ſibi congruum: ſicut plerūq3 malus cu3 inter bonos viuere ceperit: ſi in meli⁹ mutari noluerit: de bonorū cōgregatione pellit̄ pōdere praue cōſuetudinis preſſus.

Digitized by Google

❡ De flāmeo gladio ante paradiſum poſito. e

Ne vero ad illud poſſet accedere: collocauit de⁹ an̄ paradiſuꝫ cherubin ⁊ flāmeū gladiū atq₃ verſatilem ad cuſtodiendā viā ligni vite. Q̄ ḋ iuxta lr̄am pōt hoc mō accipi: q: per miniſteriū angelorum ignea cuſtodia ibi ꝯſtituta fuit. Hoc eniꝫ per celeſtes ptātes in paradiſo viſibili factuꝫ eſſe credendū eſt vt per angelicuꝫ miniſterium ibi eſſet quedā ignea cuſtodia: nō tn̄ fruſtra: ſed q: aliquid ſignificat de paradiſo ſpūali. Cherubin enim īterpretatᷣ plenitudo ſcie: hec eſt charitas: q: plenitudo legis eſt dilectio. Gladius aūt flāmeus pene tpales ſunt: que verſatiles ſunt: q: tpa volubilia ſunt. Illa ergo ad cuſtodiā ligni vite iō poſita ſunt ante paradiſuꝫ: q: ad vitā nō reditᷣ niſi ꝑ cherubin. ſ. plenitudinē ſcie. i. charitatē: ⁊ per gladiū verſatilē. i. tolerantiā paſſionū temporalium.

❡ An hō ante pctm̄ comederit de ligno vite. f

Pōt aūt queri: Utrum de ligno vite an̄ pctm̄ comederit homo. De hoc Augu. in lib. de batiſ. par. ſic ait: Recte ꝓfecto intelliguntᷣ primi hoīes an̄ malignā diaboli ꝑſuaſionem abſtinuiſſe a cibo vetito atq₃ vſi fuiſſe cōceſſis. His verbis oñditᷣ q̄ de ligno vite ante pctm̄ ſumpſerint: quib⁹ preceptum erat vt de omni ligno paradiſi comederent: niſi de ligno ſcie boni ⁊ mali.

❡ Quare non ſunt facti immortales ſi comederunt de ligno vite. g

Quare ergo perpetua ſoliditate ⁊ beata imortalitate veſtiti nō ſunt vt nulla infirmitate vel etate in deterius mutarentᷣ: Hanc eniꝫ virtutē nāliter illud lignum habuiſſe dī. Sed forte hoc nō cōſerebat: niſi ſepe de illo ſumeretᷣ. Potuit ergo fieri vt de illo ſumeret ſemel ⁊ nō ſepi⁹: qui per aliquam morā in paradiſo fuiſſe itelligitᷣ: cuꝫ ſcriptura dicat eū ibi ſoporatū fuiſſe. qn̄ coſta de latere ei⁹ aſſumpta eſt: ⁊ inde formata mulier: ⁊ aīalia ante eū ducta: quib⁹ nōia impoſuit.

❡ Iſta eſt diſtinctio. 29ᵃ hui⁹ ſcdi libri: In qua magiſter oñſa ſufficiētia liberi arbitrij ſine grā in oībus gn̄aliter. Agit de eiuſdem inſufficiētia in primis parentib⁹ ſpāliter. Et tria facit. Nā pᵒ agit de grā quā adam in ſtatu innocētie habuit. Scdo de pena peccati per quaꝫ paradiſum amiſit. Tertio inquirit an etiaꝫ de ligno vite in ſtatu illo comedit. Primuꝫ facit a principio diſtinctionis vſq₃ ibi (In illi⁹ quoq₃ pcti.) Scdm̄ vſq₃ ibi (Pōt autem queri.) Tertium vſq₃ ad finē diſtinctionis. In ſpāli eniꝫ ſnia magri ſtat in tribus ꝓpōnib⁹: quaꝫ pᵃ eſt hec. ❡ Primus hō in ſtatu inocentie nō indiguit grā ad expellēdū malitiā ſed ⁊ grā ⁊ charitate induit ad exercenduꝫ iuſtitiā. Hanc eniꝫ ꝓpōnē magr̄ ponēs querit duas q̄ōnes quarū prima eſt hec. Utrum primus hō indiguit grā in ſtatu innocētie tam operante q̄ꝫ cooperante. Et rn̄det q̄ indiguit vtraq₃ grā non tn̄ indiguit grā operante ſm oēm operādi eius modū. Naꝫ illa grā operatᷣ duob⁹ modis. ſ. operādo liberū arbitriū a malo ⁊ ſeruitute pctī: ⁊ ſm illum modum videlꝫ operandi grā operante primus hō in ſtatu inocētie non indiguit eo q̄ ſine pctō erat. Alio mō opatᷣ illa grā preparādo hoīs volūtateꝫ ad bonū ⁊ ſm illum eius operationeꝫ primus hō ipſa indiguit cū ei⁹ volūtas per ſe in bonū efficaciter moueri non potuit q̄ḋ ꝓbat magr̄ auctoritate beati Auguſtini. Scda q̄ſtio eſt hec: Utrum primus hō in ſtatu innocentie habuit etiaꝫ virtutes. Et rn̄det q̄ aliquib⁹ videtᷣ q̄ nō habuerit eas: q̄ḋ hoc mō probāt: iuſtitiaꝫ non habuit: q: preceptū dei contēpſit: prudentiaꝫ nō habuit: q: ſibi nō ꝓuidebat: nec temperantiaꝫ habuit: q: aliena petiit: nec fortitudineꝫ: q: praue ſuggeſtioni non reſiſtit. Sed magr̄ huiuſmodi perſuaſioni reſpondens dicit q̄ lꝫ Adam qn̄ actualiter peccauit tunc illas virtutes non habuit: nihilominus tn̄ habuit eas ante pctm̄: quaꝫ diuerſis ſanctorū auctoritatibus cōfirmat. Ex cui⁹ q̄ōnis ſolutione pꝫ q̄ conſtat primū hoīem in ſtatu inocentie virtutes habuiſſe quas peccando dī abieciſſe. ❡ Scda ꝓpoſitio eſt hec: Primus parens ꝓpter peccati indignitatē fuit de paradiſo expulſus ⁊ ꝓhibitus de ligno vite edere: ꝓpter q̄ḋ poterat ſi perſtitiſſet in eternū viuere. Hanc ꝓpōnem magr̄ inſinuans dicit q̄ primus hō in penaꝫ ſui pcti excluſus eſt a loco voluptatis: ⁊ ab eſu ligni vite per cuius vſum in eternuꝫ poterat viuere: nō quidem poſt pctm̄ de ipſo edendo: ſed an̄. Ubi ſoluit auctoritatē Geñ. qua videtᷣ innui q̄ etiaꝫ poſt pctm̄ ſi de ligno vite comediſſet in eternū vixiſſet. Et dicit q̄ auctoritas dic̄ videte ne forte manum ſuā mittat ad lignuꝫ vite ⁊ viuat in eternum: que ſic gloſanda ē. Uidete vos angeli ne comedat de ligno vite quo indignus eſt: de quo ſi perſtitiſſet ⁊ comediſſet viueret in eternū. Et ſubdit q̄ ad ipediendum reditum hoīs in paradiſuꝫ appoſita eſt angelica ⁊ ignea cuſtodia. ſ. cherubin ⁊ flāmeus gladius atq₃ verſatilis ne poſt pctm̄ pateat homioibus illuc acceſſus. ❡ Tertia ꝓpoſitio eſt hec: Lꝫ ſit probabile Adam in ſtatu innocentie comediſſe de ligno vite: tn̄ q: frequēter eius vſum nō habuit imortalitatem nō obtinuit. Hanc magr̄ ꝓbans querit. Utrꝫ ante pctm̄ etiaꝫ de ligno vite comederit: ⁊ ſi comederit quare non fuit factus imortalis. Et rn̄dens dicit q̄ comedit de ipſo ante pctm̄ eo q̄ oīa ligna preter vnum ſibi ad vſum fuerūt conceſſa ſed ex h̄ ipſe non fuit effectus imortalis: q: nō frequēter de ipſo guſtauit. Cū lignū illud cōferre imortalitatē nō poterat niſi per frequentē eius vſuꝫ. Et tn̄ in ſpeciali.

❡ Q̄ per adam pctm̄ ⁊ pena trāſijt in poſteros. a

In ſupiorib⁹ inſinuatū ē: lꝫ ex parte (nō eni ꝑfecte ſufficim⁹ exponere) q̄liter p̄mus hō deliquerit: ⁊ quā pro peccato penā ſubierit: q̄b⁹ adiiciēduꝫ ē pctm̄ ſimul ac penam per eum tranſiſſe in poſteros. Sicut aplus oſtendit inquiens: Sicut per vnū ho-

Diſt. XXX. Quid ſit originale pctm̄ q̄ḋ a pctō p̄moꝝ parentū fuit cauſatum.

Roma.5.

minem peccatum in hunc mundum intrauit: ita in omnes homines mors pertranſijt.

¶ Utrū illud pctīz fuerit originale vel actuale. b

Hic primo vidēdu3 eſt qđ fuit illud pctīm: originale. ſ. an actuale: ꝛ ſi de originali itelligat: ꝯſequenter q̄d ſit originale peccatu3: ꝛ q̄re dicat originale: ꝛ q̄uo pertrāſierit vel pertrāſeat in omnes diligēter inueſtigandum eſt. Quibuſdam placuit de peccato actuali ade illud accipere: aſſerentibus hoc apoſtolu3 ſenſiſſe cum inferius ait. Sicut per inobedientia3 vnius hominis peccatores cōſtituti ſunt multi ita ꝛc. Euidēter inquiunt etiam ipſo noie exprimit apoſtolus peccatum qđ per vnum homine3 intrauit in mundum. ſ. inobedientiam. Inobedientia vero peccatum actuale eſt.

Quidā illud accipiūt de actuali.

¶ Quomodo intraſſe in mundum dicunt. c

Hoc aūt dicūt intraſſe in mundū nō traductione originis ſed ſimilitudine preuaricationis omneſq3 in illo vno peccaſſe dicūt q2 omnibus ille vnus peccandi exemplum extitit. Hoc male ſenſerunt quidam heretici qui dicti ſunt pelagiani: de quibus Auguſtinus in libro de baptiſmo paruuloꝝ cōmemorat dicens: Sciendum eſt inquit hereticos quoſda3 qui nominati ſunt pelagiani dixiſſe peccatum prime tranſgreſſionis in alios homines non propagatione ſed imitatione tranſiſſe. Unde etia3 in paruulis nolunt credere per baptiſmum ſolui originale pctīm: quod in naſcentibus nullum eſſe omnino contēdunt. Sed eis dicitur: quia ſi apoſtolus peccatum imitationis non propagationis intelligi voluiſſet: eius principem non Adam ſed diabolu3 diceret. De quo in libro Sap. dicitur: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Et quia non vult intelligi hoc eſſe factum propagatione ſed imitatione: continuo ſubiunxit ſcriptura. Imitantur autem eum qui ſunt ex parte ipſius. Imitantur quidē Adam quotquot per inobedientiam tranſgrediuntur mandatum dei. Sed aliud eſt quod exemplum eſt voluntate peccantibus: aliud quod origo eſt cum peccato naſcentibus. Non eſt igitur accipiendum peccatum Ade tranſiſſe in omnes imitationis tantum exemplo: ſed propagatiōis ꝛ originis vitio.

Recitat hereſim.

Sap.2.

¶ Hic aperit illud eſſe peccatum originale qđ tranſit in poſteros. d

Et eſt illud pctīm originale vt aperte Auguſtinus teſtat quod per Adam trāſiuit in omnes per eius carnem viciatam concupiſcentialiter generatos.

¶ Quid ſit originale peccatum hic inquiritur. e

Quod diligēter inueſtigandū eſt quid ſit. De hoc enim ſancti doctores ſub obſcuritate locuti ſunt atq3 ſcholaſtici doctores varia ſenſerūt. Quidam enim putant originale peccatum eſſe reatum pene pro peccato primi hominis: ideſt debitum vel obnoxietatem qua obnoxij ꝛ addicti ſumus pene tēporali ꝛ eterne pro primi hominis actuali peccato: quia pro illo (vt aiunt) omnibus debetur pena eterna niſi per gratiam liberentur. Iuxta horum ſententia3 oportet dici originale peccatum nec culpam eſſe nec penam. Culpam non eſſe ipſi fateamur: pena quoq3 ſm eos eſſe non poteſt: quia ſi debitum pene originale peccatum eſt: cum debitum pene nō ſit pena nec originale peccatum eſt pena: qđ etiam quidam eorum admittunt: dicentes in ſcriptura originale peccatum ſepe nominari reatum: ꝛ reatum ibi intelligunt vt dictu3 eſt obnoxietatem pene: ꝛ ea ratione aſſerunt peccatum originale dici eē in paruulis: quia paruuli pro illo p̄mo peccato rei ſunt pene: ſicut pro peccato iniqui parentis aliquādo exulāt filij ſm iuſtitiam fori.

Quorūdam de originali pctō opio.

¶ Qđ originale pctīz ſit culpa auctib9 probat. f

S3 quod originale peccatum culpa ſit: pluribus ſanctorum teſtimonijs edocetur. Super Exo. d. vbi dicit: Primogenitum aſini mutabis oue. Gregorius ait: Omnes in peccatis nati ſumus ꝛ ex carnis delectatione concepti culpam originale3 nobiſcum trahimus: vnde ꝛ voluntate noſtra peccatis implicamur. Ecce culpam originalem dixit nos trahere. Unde cōſtat originale peccatum culpam eſſe. Auguſtinus quoq3 in libro de natura ꝛ gratia de hoc eodem ſic ait: Omnes (vt ait apoſtolus) peccauerūt: vtiq3 vel in ſeipſis vel in Adam: quia ſine peccato non ſunt: vel quod originaliter contraxerunt: vel quod malis moribus addiderūt. Peccatum enim primi hominis non ſolum ipſum: ſed omne necauit genus humanum: quia ex eo damnationem ſimul ꝛ culpam ſuſcepimus. Idem ſuper pſal. 50. quod de corpore mortuo ſeminatur cum vinculo peccati originalis naſcitur ꝛ mortis. Ideo igitur ſe in iniquitatibus conceptum dicit Dauid: q2 in omnibus trahitur iniquitas ex Adam ꝛ

Exo.13.

Roma 5.

Digitized by Google

vinculũ mortis. Nemo eniꝫ naſcitur: niſi tra
hens penam ⁊ meritum pene. Meritum au
tem pene peccatum eſt. Omnis ergo qui na
ſcitur per carnis concupiſcentiam peccatum
trahit. Peccatum itaqꝫ originale culpa eſt:
quaꝫ omnes cõcupiſcẽtialiter ꝯcepti trahũt.
Aug. ad petrum diaconum. Unde in Eccl. dogmatib⁹ ſcriptum eſt. Fir
miſſime tene ⁊ nullatenus dubites omneꝫ ho
minem qui per cõcubitum viri ⁊ mulieris cõ
cipitur cum originali peccato naſci: impieta
ti ſubditum mortiqꝫ ſubiectũ ⁊ ob hoc natu
ra ire naſci filium: a qua nullus liberatur niſi
per fidem mediatoris dei ⁊ hominuꝫ. His ⁊
alijs auctoritatibus euidẽter oſtẽditur pecca
tum originale culpam eſſe: ⁊ in oibus ꝯcupi
ſcẽtialiter genitis trahi a parentibus.

¶ Quid ſit quod dicitur peccatuꝫ originale. ſ. fomes
peccati. i. concupiſcentia. g

Nunc ſupereſt videre
quid ſit ipſum originale pctm̃: qḋ cũ non ſit
actuale: nõ eſt actus ſiue motus anime vel cor
poris. Si eni actus eſt aīe vel corporis actua
le: vtiqꝫ pctm̃ eſt: ſꝫ actuale nõ eſt: nõ eſt ergo
actus vel motus. Quid ergo originale pctm̃
dicit᷑ fomes pcti. ſ. cõcupiſcẽtia vel cõcupiſci
bilitas: que dicitur lex mẽbrorũ ſiue languor
nature: ſiue tyrannus qui eſt in membris no
ſtris: ſiue lex carnis. vnde Augu. in lib. de ba
ptiſmo paruulorũ. Eſt in nobis cõcupiſcen
tia que nõ eſt ꝑmittenda regnare. Sunt ⁊ ei⁹
deſideria que ſunt actuales cõcupiſcentie que
ſunt arma diaboli: que veniũt ex languore na
ture. Lãguor aũt iſte tyrãnus eſt qui mouet
mala deſideria. Si ergo vis eſſe victor tyran
ni atqꝫ inermẽ inimicũ inuenire: nõ obedias
concupiſcentie male. His verbis ſatis oſten
ditur fomitem peccati eſſe concupiſcentiam.

¶ Q nomine concupiſcentie intelligitur fomes pec
cati ⁊ que dicitur fomes. h

Noie aũt cõcupiſcẽtie
non actum ꝯcupiſcẽdi: ſed vitium primum ſi
gnificauit: cum eam dixit legem carnis. Uñ
idẽ in tractatu de verbis aplī ait: Semper pu
gna eſt in corpore mortis hui⁹: qꝛ ipſa concu
piſcentia cũ qua nati ſumus finiri non põt ꝙ
diu viuimus: quotidie minui põt: finiri non
põt. Que aũt eſt cõcupiſcẽtia cũ qua nati ſu
mus? Uitiũ vtiqꝫ ẽ qḋ paruulũ habilẽ cõcu
piſcere facit: adultũ etiã cõcupiſcẽteꝫ reddit.
Sicut enim in oculo ceci in nocte vitium ceci
tatis eſt ſed nõ apparet: nec diſcernitur inter
videntem ⁊ cecũ niſi luce veniẽte: ſic in puero
eſſe nõ apparet donec etatis ꝓuectioris tp̃s
occurrat. ¶ Ex his dat᷑ itelligi qḋ ſit origi
nale pctm̃. ſ. vitiũ ꝯcupiſcẽtie: qḋ i oẽs ꝯcupi Q per Adã origi[le] peccatuꝫ in oẽs itrauit. i. cõcupiſcentia.
ſcẽtialr̃ natos per adã itrauit eoſqꝫ vitiauit.
Uñ Aug. in li. de baptiſmo ꝑuulorꝫ. Adaꝫ
preter imitationis exẽplũ: occulta etiam tabe
carnalis ꝯcupiſcentie ſue tabificauit in ſe oẽs
de ſua ſtirpe vẽturos. Uñ apl's recte ait: In
quo oẽs peccauerunt. ¶ Circũſpecte ⁊ ſine Aug⁹ in lib. de bap[mo] ꝑuulorũ q̃uo intelligat᷑ in quo oẽs peccauerunt.
ambiguitate dicit hoc apl's. Siue enim intel
ligat᷑ in quo hoie ſiue in quo pctõ ſanuꝫ eſt.
In adam eniꝫ oẽs peccauerũt vt in materia:
nõ ſoluꝫ ei⁹ exẽplo vt dicunt pelagiani. Oẽs
enim ille vn⁹ hõ fuerãt. i. in eo mãliter erant.
Manifeſtuꝫ eſt itaqꝫ oẽs in adam peccaſſe:
quaſi in maſſa. Ipſe eniꝫ per pctm̃ corrupt⁹:
quos genuit oẽs nati ſunt ſub pctõ. Ex eo
igit᷑ ſicut cuncti ꝯſtituti ſunt pctõres: ita ⁊ in
illo vno pctõ qḋ intrauit in mũduꝫ recte oẽs
dicunt᷑ peccaſſe: qꝛ ſicut ab illo vno hoie: ſic
ab eodẽ vno pctõ imunes eſſe nõ pñt niſi ab
eius reatu ꝑ xp̄i baptiſmuꝫ abſoluant᷑. Alia
ergo ſunt ꝓpria pctã in q̃bus tm̃ peccãt quo
rum pctã ſunt. Aliud hoc vnum in quo oẽs
peccauerũt. i. ex quo oẽs pctõres iſtituti ſunt.

¶ Quid ſit pctm̃ in quo oẽs peccauerunt. ſ. origina
le quod ex inobedientia proceſſit. i

Hoc ẽ originale pecca
tum quo pctõres naſcunt᷑ oẽs ꝯcupiſcẽtialr̃
geniti: qḋ ex adã ſiue ex ei⁹ iobediẽtia emana
uit ⁊ in poſteros demigrauit. Uñ apl's ꝯſe
quẽter per inobedientiam vni⁹ hois: multos
dicit conſtitutos eſſe pctõres: que eſt actuale
pctm̃. Cum aũt dixerit per vnuꝫ hoiem pctm̃
intraſſe in mundum ⁊ in eo oẽs peccaſſe: de
originali dictũ eſſe oportet accipi.

¶ Ex quo ſenſu dictũ eſt per inobediẽtiã vni⁹ multi
ſunt conſtituti peccatores. k

Quod ergo ait ꝑ iobe
dientiã vnius multi ꝯſtituti ſunt pctõres: eo
ſenſu dictũ eſſe intelligẽdũ eſt qꝛ ex inobedien
tia ade. ſ. ex pctõ actuali ade ꝓceſſit originale
peccatũ quo oẽs pctõres naſcũtur: vt ⁊ in il
lo eſſet: ⁊ in omnes tranſiret.

¶ Q pctm̃ originale in adã fuit ⁊ in nobis eſt. l

Unde Augu⁹ Juliano
heretico nullũ pctm̃ in paruulis eẽ ꝯtendenti
rñdẽs aperte aſſerit pctm̃ originale ex volun
tate ade ꝓceſſiſſe: ac per eius inobedientiã in
mũdũ intraſſe. Querit enim Julianus ꝑ q̃d
pctm̃ iuenit᷑ in paruulo: ita inquiẽs. Nõ pec Qõ Juliani
cat iſte qui naſcit᷑. Nõ peccat ille qui genuit.

Nõ peccat ille qui cõdidit. Per quas igitur rimas inter tot preſidia ĩnocẽtie pctũ ſingis ingreſſu. Et reſpondet ſancta pagina. Per vnũ hoiẽ pctũm itrauit in mundũ: per vni⁹ ĩnobediẽtiã ait apl's. Quid querit amplius: quid querit aptius? Item inquit Julianus. Si per hoiẽ pctm̃ intrauit in mũdu: pctũ vel ex volũtate eſt vel ex natura ẽ. Si ex volun tate eſt mala volũtas eſt que pctũm facit. Si aũt ex natura eſt mala eſt natura. Cui rñdeo ex voluntate pctũ eſt. Querit forte: Utrum origininale pctũm ex volũtate ſit. Reſpõdeo prorſus ⁊ originale pctũ ex voluntate eſſe: qꝛ hoc ex voluntate primi hois ſeminatu eſt vt in illo eſſet: ⁊ in omnes tranſiret.

Reſponſio Auguſtini

Qõ Juliãi.

Reſponſio Auguſtini.

Obiectio quorundam contra id qd̃ ſupra dictum eſt omnes in adam fuiſſe homines. m

Ad hoc aũt quod dixi-

mus in adam fuiſſe oẽs hoies: qui iã ꝟboꝝ ſectatores ſic obijciũt dicẽtes: Nõ ois caro que ab adam traducta eſt in eo ſil' exiſtere po tuit: qꝛ multo maioris quãtitatis eſt q̃ fuerit corpus ade. In quo nec tot etiã athomi fue runt quot ab eo hoies deſcẽderunt. Quo cir ca verum nõ eſſe aſſerũt ſubſtantiam vniuſcu iuſq in primo fuiſſe parente.

Rñſio vbi aperit̃ qualiter fuerũt in adã ſm rõnem ſeminalem: ⁊ qũo ex eo deſcenderunt. ſ. lege pro pagationis. n

Quib⁹ reſpõderi põt q

materialiter atq cãliter nõ formalr̃ dr̃ fuiſſe in primo hoĩe omne qd in humanis corpori bus nãliter eſt: deſcenditq a primo parẽte le ge ꝓpagatiõis: ⁊ in ſe auctum ⁊ multiplica tum eſt nulla exteriori ſubſtãtia in id trãſeun te: ⁊ ipſm in futuro reſurget. Fomẽtu quidẽ habet a cibis ſed non ꝯuertunt̃ cibi in huma nam ſubãm que. ſ. per ꝓpagationẽ deſcendit ab adam. Tranſmiſit enim adam modicum quid de ſubſtãtia ſua in corpora filioꝝ quan do eos procreauit. i. aliquid modicu de maſ ſa ſubſtãtie eius diuiſum eſt: ⁊ inde formatu corpus filij: ſuiq multiplicatione ſine rei ex trinſece adiectiõe auctũ ẽ. ⁊ de illo ita augmẽ tato aliquid inde ſeparat̃ vnde formant̃ po ſteroꝝ corpora: ⁊ ita ꝓgredit̃ ꝓcreationis ordo lege ꝓpagationis vſq ad finẽ humani generis. Itaq diligenter ac perſpicue intelli gentibus patet omnes ſm corpora in adam fuiſſe per ſeminalem rõnem: ⁊ ex eo deſcendiſ ſe propagationis lege.

Qũo per ꝓpagationem deſcendit.

Auctoritate ⁊ rõne ꝓbat̃ nihil extrinſecu cõuerti in humanam ſubãm que ab adam eſt. o

Quod vero nihil extri

ſecũ in humani corpis nãm tranſeat: veritas in euangelio ſignificat dicens: Omne qd in trat in os in ventrẽ vadit ⁊ in ſeceſſum emitti tur. Qd etiã rõne oñdi põt hoc mõ: Puer qui ſtatim poſt ortu morit̃ in illa ſtatura re ſurget qua habiturus erat ſi viueret vſq ad etatẽ triginta annoꝝ nullo vitio corporis im peditus. Unde ergo illa ſubſtantia que adeo parua fuit mortua: in reſurrectione tam ma gna erit: niſi ſui in ſe multiplicatione? Unde apparet q etiã ſi viueret: non aliunde ſed in ſe augmẽtaretur illa ſubſtantia. Sicut coſta de qua facta eſt mulier: ⁊ ſicut panes euãgelici. Non inficiamur tñ quin cibi ⁊ humores in carnem ⁊ ſanguinem tranſeunt: ſed non in ve ritate humane nature que a primis deſcendit parentibus: que ſola in reſurrectione erit: reli qua ꝟo caro in quã cibi trãſeunt tanq̃ ſuper flua in reſurrectione deponetur: que tamen ci borum aliarũq rerum fomentis coaleſcit.

Magr̃ hic nõ tenetur.

Matth. 15.

Q cibi ĩ carnẽ trãſeũt ſ nõ in eam q deſcẽdit ab Adam.

Iſta eſt diſtinctio 30ᵃ huius ſcdi libri: In qua ma giſter poſtq̃ egit de pctõ primoꝝ parentũ quo per ſona corrũpebat nãm. Incipit agere d pctõ paruulo rum quo natura corrũpit pſonã Et tria facit. Nam primo oſtendit eſſe tale pctm̃ in genere. Scdo ma nifeſtat ipſm in ſpecie. Tertio mdet qõni ex dictis originare. Primũ facit a principio diſtinctiõis vſq ibi (Qd diligẽter inueſtigandum eſt.) Scdm vſq ibi (Ad hoc aũt.) Tertiũ vſq ad finem diſtinctio nis In ſpeciali ſñia magri ſtat in tribus ꝓpõnibus: quarũ prima eſt hec. Parẽtum primoꝝ primum originale actuale pctũm fuit mortale: ⁊ ab ei⁹ in po ſteros deriuatum. Hanc magr̃ intẽdens ꝓponit q pctũm ⁊ pena peccati in poſteros trãſeũt ⁊ tale pec catum dixerũt quidã eſſe pctũm actuale ipſius ade: qd ꝓbat auctoritate aplı dicẽtis: q pctũ quod per vnum hoiẽ in mundũ intrauit ſit inobediẽtia que videt̃ eſſe pctũ actuale: vt dicit opinio iſta Alij ꝟo ſicut pelagiani dixerũt pctũm qd in mũdu intrauit per Adam etiã eẽ pctũm actuale: ſed nõ ipſius ade: ſed pctũm cuiuſlibet hois qd dicebant per adam in mundũ introductũ eſſe: nõ introductione originis ſed ſ[i]militudine preuaricationis: eo q ille vnus oĩbus exemplũ reliquit. Sed illud nõ videt̃ bene ꝯſonũ: qꝛ dato q pctũm originale diceret̃ ſolum exẽplum peccati preſciti ad peccandũ tunc deberet etiã dici q tranſiret a demone in hoies qui primu exẽplum peccandi reliquit. Et ipſe tanq̃ primus in poſteris a peccãtibus imitatur: qd qꝛ eſt incõueniens: ideo dicit magr̃ eſſe tenendũ pctũ ab adam tranſfluiſſe in poſteros nõ ſolũ imitationis exẽplo: ſed propaga tionis ⁊ originis vitio: qd ꝓbat per beatum Augᵐ aperte dicentem: q originale pctũ trãſiuit ab adã in omnes per eius carnẽ vitiatam concupiſcentialr̃ generatos Secunda ꝓpoſitio eſt hec: Origina lis culpa eſt quedã habitualis ⁊ vitioſa concupiſcen tia excitans in nobis contra rõnem deſideria. Hanc magr̃ inſinuans dicit q pctũ primi hominis ẽ ſm veritatem culpas primis parẽtibus per originem in

poſteros traducta que culpa nõ eſt actus hominis: ſed quedã habitualis ⁊ vitioſa cõcupiſcẽtia. excitãs in hoie mala deſideria: que qñq; in ſacra ſcriptura a ſanctis doctorib⁹ nolat̃ languor nature: qñq; lex mẽbroꝝ: qñq; fomes peccati: qñq; lex carnis: qñq; tyrãnus: qñq; concupiſcentia vel cõcupiſcibilitas. Poſtea ſoluit duas difficultates cuiuſdam heretici Juliani. ſ. querẽtis. Primo quõ pctm̃ originale ſubintret paruulos: cum nec ipſe genitus: nec generãs peccet nec cõditor. Et videt ſm beatũ Augu^m ſentẽtialiter dicentẽ: φ odioſa primi parẽtis inobediẽtia eſt cauſa quare in nobis nata eſt fomes peccati ⁊ cõcupiſcentia. Scdo queritur: an illud pctm̃ ſit a natura vel a volũtate. Et videt ſentẽtialiter dicẽs: φ lz pctm̃ originale ſit in nobis neceſſariũ: tamen in primo parente qui ipm̃ traduxit fuit voluntariũ.

¶ Tertia propoſitio eſt hec: Oẽs qui deſcendũt ab Adam ꝑpagationis lege fuerunt in lumbis eius ſeminali ſeu mãli rõne. Hinc magiſter probãs querit: quõ in adam potuerĩt omnes hoies ſm carnez eſſe cum nec tot athomi in ipſo eſſe potuerunt quot hoies ab ipſo proceſſerunt. Et videns dicit: φ oẽs hoies mãliter ⁊ cãliter in ipſo fuerũt: q2 aliquid ab ipſo deciſum eſt: a quo ſine alterius additione per ſolam multiplicationem materie in ſeipſaz corpus filij eius generatũ ⁊ actum eſt: ⁊ ſic per ſimile ꝑ deciſionem factam in poſteros genus humanũ multiplicatũ eſt: ita φ nihil oĩno exterius adueniẽs tranſit in veritatẽ humane nature: qd̃ probat. primo auctoritate euangelii dicentis. Omne qd̃ intrat in os in ventrẽ vadit. 2° per hoc φ oẽs in reſurrectione habebunt quãtitatẽ perfectã ſine alterius materie additione. Ex iſtis tñ nõ negat magr̃ φ alimentum tranſeat in carnez: ſed negat φ tranſeat in humane nature veritatem. Et tñ in ſpeciali.

¶ Quomodo pctm̃ originale a patribus tranſeat in filios: an ſm animam an ſm carnem. a

Di. XXXI. Qualr̃ pctm̃ originale a parente traducit̃ in prolem.

Nunc ſup ẽ inueſtigare qualiter illud pctm̃ a prib⁹ traducat̃ in filios. ſ. an ſm ſolaz animaz: an ſm carnẽ ſiue ſz vtrũq;?

Opi. qrũdã male credẽtiũ aias eẽ ex traduce.

Putauerũt quidã ſz aiam trahi pctm̃ originale: nõ ſolũ ſm carnẽ: q2 non ſolum carnẽ ſz ⁊ animam ex traduce eſſe arbitrati ſunt. Sicut enim in generatiõe prolis de carne paterna ſubſtantialiter trahitur caro: ita etiam de gignẽtis anima animã geniti eſſentialiter deduci ab his eſtimabat̃. Jdcoq; ſicut de corrupta carne caro corrupta ſeminatur: ita etiã de aia peccatrice aia peccatrix corruptiõe originali infecta ab illis trahi dicitur.

¶ Predictam opinionẽ dãnat ⁊ φ per carnem traducatur pctm̃ dicit ⁊ quõ oſtendit. b

Hoc autẽ fides catholica reſpuit: ⁊ tanφ veritati aduerſuz dãnat: q̃ non animas ſed carnem ſolam ſicut ſuperius diximus ex traduce eſſe admittit. Non ergo ſm animam ſed ſm carnem ſolam peccatum originale trahitur a parẽtibus. Eſt enim peccatum originale (vt ſupra diximus) concupiſcentia non quidam actus ſed vitium. vnde Auguſtinus. Jpſa cõcupiſcẽtia eſt lex membrorum vel carnis que eſt morbidus quidam affectus vel languor qui commouet illicitum deſiderium. i. carnalem concupiſcentiam que lex peccati dicitur. Que dicitur manere i carne: nõ quin in anima ſit: ſed q2 per corruptionem carnis in anima ſit.

Ad valerianum.

Quare concupiſcentia dicit̃ eſſe in carne.

¶ Cauſam corruptiõis carnis oſtendit ex qua in anima peccatum ſit. c

Caro eniz ꝓpter pctm̃ corrupta fuit in Adam adeo vt cum ante peccatũ vir ⁊ mulier ſine incentiuo libidinis ⁊ cõcupiſcentie feruore poſſent conuenire: eſſetq; thorus immaculatus: iaz poſt peccatũ non valet fieri carnalis copula abſq; libidinoſa concupiſcentia: que ſemper vitium eſt ⁊ etiam culpa niſi excuſetur per bona coniugij. Jn concupiſcentia ergo ⁊ libidine cõcipitur caro formãda in corpus prolis. Unde caro ipſa que concipitur in vitioſa concupiſcentia polluit̃ ⁊ corrumpitur: ex cuius contactu anima cum infunditur maculam trahit qua polluitur ⁊ fit rea: idelt vitium cõcupiſcẽtie quod eſt originale peccatum.

¶ Qr̃ ꝓpter corruptionem carnis que eſt cauſa peccati dicitur pctm̃ eſſe in carne. d

Jdcoq; ipſuz peccatuz dicit̃ manere in carne. Caro ergo que in concupiſcentia libidinis ſeminat̃: nec culpaz habet nec actum culpe ſed cauſaz. Jn eo ergo φ ſeminatur: corruptio eſt: in eo autem φ naſcitur concupiſcentie vitiuz eſt. Unde Ambroſius de ꝟbis apoſtoli ſic ait: Quomodo habitat peccatum in carne: cum non ſit ſubſtantia: ſed priuatio boni. Ecce primi hominis corpus corruptum eſt per peccatum: ipſaq; corruptio per cõditionem offenſionis manet in corpore: robur tenens diuine ſententie date in adam: cuius cõſortio anima maculatur peccato. Per id ergo φ facti cauſa manet: inhabitare dicitur peccatum in carne: hec eſt lex carnis. Jdem. Non habitat peccatum in anima ſed in carne: quia peccati cauſa ex carne eſt: non ex anima: quia caro eſt ex origine carnis peccati ⁊ per traducez omnis caro ſit cauſa peccati: anima vero non traducitur: ⁊ ideo in ſe cauſam peccati non habet. Auguſtinus quoq; ex carne peccatum animam cõtrahere in ſermone quodam de verbis apoſtoli oſtendit dicens: Uitium concupiſcen-

tũ eſt quod anima non ex ſe ſed ex carne contrahit. Natura quippe humana nõ opere dei cum vitio primitus eſt inſtituta: ſed ex voluntatis arbitrio priorum hominum veniente vitio eſt ſauciata: ita vt non ſit in carne bonũ: ſed vitium quo inficitur anima.

¶ De cauſa originalis peccati que eſt in carne. Utrũ ſit culpa an pena. e

Hic q̃ri ſolet. Utrũ cau

ſa peccati originalis que dicta eſt eſſe in carne culpa ſit vel pena ſiue aliquid aliud. Culpa eſſe non poteſt: quia culpa non eſt in re irrationali. Qđ non ſit culpa ppa. Si enim culpa eſſet in carne ante infuſionem anime: actualis eſſet vel originalis. Sed actualis ibi non eſt: nec originalis culpa eſt: quia ipſa cauſa eſt originalis peccati. Si autẽ pena eſt que eſt illa? paſſibilitas vel mortalitas vel alia corruptio. Hos enim defectus carni ineſſe conſtat.

¶ Hic aperit quid ſit feditas tracta ex libidine coeuntium: que vitium vel corruptio dici põt. f

Ad quod dici poteſt ꝙ

multiplex defectus carnis ⁊ precipue pollutio quedã: quã ex feruore coitus parentũ ⁊ concupiſcentia libidinoſa contrahit caro dũ concipitur cauſa eſt originalis peccati: que recte vitiũ ſiue corruptio carnis appellari poteſt. Que feditas maior videtur eſſe in carne concupiſcentialiter traducta q̃ in ea vnde traducitur. Et ꝙ vitiũ vel corruptio ſit in carne ante coniunctionem anime: effectu probatur cũ anima infunditur que ex corruptione carnis maculatur: ſicut in vaſe dinoſcitur vitium eſſe cum vinum infuſum aceſcit.

¶ Inductione ſimiliũ oñdit non abſurde dici filios trahere peccatum a parẽtibus etiã mundis. g

Ne aũt miremur ⁊ intel

lectu turbemur audientes pctm̃ originale filios traducere a parentibus iam per baptiſmũ ab illo peccato mundatis diuerſarũ ſimilitudinum inductione id poſſe fieri inſinuat Auguſtinus in libro de baptiſmo paruulorũ inquiens: Quomodo preputiũ per circũciſionem auffertur manet tamen in eo quem genuerunt circũciſi: quomodo etiam palea que opere humano tãta diligentia ſeparat̃: manet tamen in fructu qui de purgato naſcit̃ tritico: ita pctm̃ quod in parentibus per baptiſmum mundatur manet in eis quos genuerunt. Et hoc enim gignunt quod adhuc vetuſtum trahunt. non ex hoc ꝙ lex in nouitate promouit eos inter filios dei. Nõ enim generãt parentes filios ſm̃ illam generationem qua denuo nati ſunt: ſed potius ſm̃ illam qua carnaliter ⁊ ipſi primum ſunt generati.

¶ Quare dicat̃ originale hic dicit̃ cũ epilogo. h

Iam oſtenſũ eſt quid

ſit originale pctm̃: ⁊ qualiter a parentibus in filios ⁊ per carnẽ in animam trãſeat. Et quibus etiam innoteſcit quare dicatur originale pctm̃: ideo ſcilicet q: ex vitioſa lege originis noſtre in qua cõcipimur ſcilꝫ carnis libidinoſa ꝯcupiſcẽtia traducit̃ (vt ſupra dictũ eſt.) Nõ enim quia ex carne tracta ab Adam concepti ſumus: ideo pctm̃ trahimus: q: ⁊ chriſti corpus ex eadem carne formatũ eſt que ab Adam deſcendit: ſed eius conceptus eſt celebratus non lege peccati: ideſt concupiſcentia carnis: vnde ⁊ caro eius peccatrix nõ fuit immo operatione ſpũs ſancti. Noſter vero cõceptus non ſit ſine libidine: ⁊ ideo non eſt ſine pctõ. Qđ euidenter Aug. oſtẽdit in libro de fide ad petrũ dicẽs: Quia dum ſibi inuicem vir mulierq; miſcent̃ ſine libidine nõ ẽ parentum cõcubitus: ob hoc filiorũ ex eorum carne naſcentium non põt ſine pctõ eſſe conceptus vbi pctm̃ in paruulos non tranſmittit propagatio ſed libido: nec fecunditas humane nature facit homines cũ peccato naſci: ſed feditas libidinis quam homines habẽt ex illius iuſtiſſima cõdẽnatiõe pcti. Ideo beatus Dauid propter originale pctm̃ quo naturalr̃ obſtricti ſunt filij ire: dicit. In iniquitatib⁹ conceptus ſum: ⁊ in pctis concepit me mater mea. Pſal. 50. Ex hoc itaq; apparet ex lege cõceptionis traduci originale pctm̃: quia niſi cõceptio ſic fieret in carne anima ex carnis coniunctione concupiſcentie vitium non traheret.

¶ Obiectio quorundam nitentium probare peccatũ non traduci ex lege coitus. i

Sed ad hoc opponit̃

hoc mõ. In ipſo cõceptu vbi dicit̃ tranſmitti pctm̃ propagat̃ caro: nec tamen tũc ĩfundit̃ aia ſm̃ phyſicos: ſed iam effigiato corpore. quod etiã Moyſes in Exo. aperte ſignificat: vbi ait de percuſſura mulieris pregnantis. Exod. xxi. Siquis inquit percuſſerit mulierem pgnantem ⁊ abortum fecerit: ſi adhuc informe fuerit puerperium: mulctabit̃ pecunia: ſi aũt formatũ fuerit: reddat animã pro anima. Formatũ vero intelligit̃ ꝓpria anima animatũ: ⁊ informe quod nõdum habet animam. In ipſo ergo cõceptu cũ caro ꝓpagatur nõdũ infũdit̃ aia. Quõ ergo ibi pctm̃ trãſmittit̃

Rñſio cum ſolutione. cum pctm̄ nõ poſſit eſſe vbi aia non eſt? Ad qḋ dici põt: qꝛ in illo cõceptu dicit̃ pctm̄ trãſmitti: nõ quia pctm̄ originale ibi ſit: ſed quia caro ibi cõtrahit id ex quo pctm̄ ſit in aia cũ infunditur. Et vtrũqꝫ vocat̃ cõceptus. ſ. cũ ⁊ caro ꝓpagat̃ formãqꝫ corpis humani recipit: ⁊ cũ aia infundit̃: qḋ aliqñ etiã dicit̃ natiuitas. Unde qḋ natũ eſt in te. Proprie autem natiuitas dicitur in lucem editio.

¶ Iſta eſt diſtinctio. 31ᵃ hui⁹ ſcḋi libri: In qua magiſter poſtqꝫ eg̃ t de quiditate pcti originalis: agit de ipſi⁹ traductiõe. Et tria facit. Nã p̃ agit de mõ quo tranſfundit̃. Scḋo de cã quare traducitur. Tertio de rõne nois qḋ ſortit̃. Primum vſqꝫ ibi (Hic ſolet queri.) Scḋm vſqꝫ ibi (Iam oſtẽſuꝫ eſt.) Tertiũ vſqꝫ ad finẽ diſtinctionis. In ſpãli ſnia magři ſtat in tribus ꝓpõnib⁹: quarũ p̃ᵃ eſt hec. ¶ Per carnem quã vitioſa ↄcupiſcẽtia ↄcipit̃ ⁊ ale vnitur ⁊ nõ per aiam pctm̄ originale traducit̃. Hanc magř inſinuans querit vtrum pctũ originale traducit̃ a parẽtibus in filios ſm̄ ſolaꝫ carnẽ vel ſm̄ ſolã aiam: vel ſꝫ vtrũqꝫ. Et ridens dicit quoſdã fuiſſe opinatos qꝫ peccatuꝫ originale traducit̃ ſm̄ aiam ponẽtes aiam ex traductione incipere: exẽplũ: ita qꝫ ſicut in gñatione prolis caro filij ſubaliter de carne pr̃is trahit̃. ita etiam aia filij de aia pr̃is eſſentialr̃ generat̃. Sed iſtaꝫ opinionem magř reſpuit tanqꝫ fidei catholice ↄ̃riã. co qꝫ pctm̄ nõ ſm̄ aiam ſed ſm̄ carnẽ ſolũ a parentibus trahit̃. Nã in feruore libidinis cõcipit̃ caro in corp⁹ formanda ⁊ incorrupta polluit̃. Ex cõtactu aia cum infundit̃ ↄ̃hit maculã qua ⁊ ipſa polluit̃: ⁊ ſic rea eſt vitij cõcupiſcẽtie qḋ dr̃ pctũm originale: ⁊ dr̃ manere in carne nõ quidẽ ſicut in ſubiecto ꝓprio. cum caro non poſſit eſſe ſubiectum culpe: ſed ſicut in cã ſeu virtualr̃ in carne cõtentum. Iſtas ſnias ꝓbat magř actibus btĩ Aug.ⁿⁱ ⁊ Ambroſij. ¶ Scḋa ꝓpõ eſt hec: Pctũm originale quidẽ defectus ⁊ fomes pcti eſſe aſſerit̃ quo aia carni vnita inficit̃. Hanc magř probans querit. Utrũ talis carnis infectio ſit culpa vel pena: ⁊ qꝫ nõ ſit culpa ꝓbat per hoc qꝫ ẽ in ſubiecto irrõnali: in quo culpa eſſe non põt: qꝫ etiã non ſit pena ꝓbat ex hoc qꝫ penalitatibus cõiter non cõnumeratur. Et videt dicẽs: qꝫ ſit q̃dã carnis defect⁹ ⁊ pollutio que recte vitiũ ſiue carnis corruptio nuncupari põt. que quidẽ feditas in carne ante cõiunctioneꝫ ale fore approbat̃ qḋ ex hoc pꝫ qꝫ aia dum infundit̃ ex corporis corruptione maculat̃. Et ſubdit non mirum eſſe filios pctũm originale ↄ̃here a parẽtib⁹ iaꝫ mundatis ſicut nõ miramur qꝫ ab hoie circũciſo naſcitur hõ preputiatus: ⁊ ex grano depurato creſcũt grana paleis circunſepta. ¶ Tertia ꝓpõ ẽ hec: Igit̃ vocat̃ pctũm originale: qꝛ ↄ̃hit̃ in ortu ex libidine. Hanc magř probãs dicit: qꝫ illud pctũm igitur dicit̃ originale qꝛ ex vitioſa lege originis nr̃e quo concipimur ↄ̃hit̃. ſ. ex carnis ſeminali cõmixtione cũ feruore libidinis ⁊ qꝛ ſolus xp̃s talẽ libidinẽ nõ habuit ideo ſolus pctm̄ originale nõ ↄ̃xit. Et ſic ſꝫ in ſpãli.

¶ Quõ originale pctũ dimittat̃ in baptiſmo: cum ⁊ poſt ſit illa ↄcupiſcẽtia que dr̃ originale pctũm. a

Di. XXXII Qualr̃ peccatũ originale deleatur ſeu curat̃. Quoniaꝫ ſupra dictũ ẽ originale pctm̄ eẽ vitiũ ↄcupiſcentie; aſſignatũqꝫ qũo a parentibus trahatur ⁊ originale dicat̃: ſupeſt inueſtigare qũo in baptiſmo dimittatur: cũ etiaꝫ poſt baptiſmũ remaneat concupiſcentia que ante fuerat. Unde videtur vel pctm̄ originale nõ eſſe ↄcupiſcẽtiã: vel nõ remitti in baptiſmo. Manet quippe: vt ait Aug. in corpore mortis hui⁹ carnalis ↄcupiſcentia: cui⁹ vitioſis deſiderijs nõ obedire precipimur: que tñ cõcupiſcẽtia quotidie minuitur in ꝓficiẽtib⁹ ⁊ ↄtinẽtib⁹. ſed lꝫ remaneat ↄcupiſcẽtia poſt batiſmum nõ tñ dñatur ⁊ regnat ſicut ante: immo p gr̃am baptiſmi mitigat̃ ⁊ minuit̃: vt poſt dñari non valeat niſi quis reddat vires hoſti eundo poſt ↄcupiſcẽtias. Nec poſt baptiſmũ remanet ad reatum: qꝛ nõ imputatur in pctm̄: ſed tñ pena peccati eſt. ante baptiſmum vero pena eſt ⁊ culpa. In li. de nuptijs ⁊ cõcupiſcentia.

¶ Qꝫ originale pctũm duobus modis dimittit̃. ſ. extenuatione ſui ⁊ ſolutione reatus. b

Duplici ergo rõne peccatũ originale dr̃ dimitti in baptiſmo: qꝛ per gr̃aꝫ baptiſmi vitiũ ↄcupiſcẽtie debilitat̃ atqꝫ extenuatur: ita vt iã nõ regnet niſi ↄſenſu reddãtur ei vires: qꝛ ⁊ reatus ipſi⁹ ſoluitur. Unde Aug⁹ in lib. de baptiſmo paruulorũ. Gratia per baptiſmũ id agitur: vt vet⁹ hõ crucifigatur ⁊ corp⁹ pcti deſtruatur: nõ ita vt i ipſa viuẽte carne ↄcupiſcẽtia reſpſa ⁊ inata repente abſumatur ⁊ nõ ſit: ſꝫ ne obſit mortuo q̃ inerat nato. Nam ſi poſt baptiſmum vixerit: in carne hẽt cõcupiſcẽtiã cum qua pugnet: eãqꝫ adiuuante deo ſuperet: ſi tñ nõ inuacuũ gr̃aꝫ eius ſuſcepit. Nõ itaqꝫ hoc p̃ſtatur in baptiſmo niſi forte miraculo ineffabili creatoris vt lex pcti q̃ eſt in mẽbris prorſus extinguatur ⁊ nõ ſit: ſꝫ vt quicq̃d mali ab hoie factũ: dictũ: cogitatũqꝫ eſt: totũ aboleatur ac velut factuꝫ nõ fuerit habeatur. Ipſa vero ↄcupiſcẽtia ſoluto reatus vinculo quo p illam diabolus animam retinebat ⁊ a ſuo creatore ſepabat: maneat in certamine. ¶ Ecce hic apte oñdit cã rõne dimitti in baptiſmo: nõ qꝛ non maneat poſt baptiſmũ: ſꝫ qꝛ reatus in baptiſmo aboletur. ¶ Deinde idem ipſe oſtẽdit eo mõ etiã dimitti in baptiſmo: qꝛ baptiſmi gr̃a cõcupiſcẽtia ipſa mitigatur ⁊ minuitur in eodẽ lib: ita dicẽs: Lex carnis quã ap̃ls appellat peccatum cũ ait: Nõ regnet pctm̄ in veſtro mortali corpore: nõ ſic manet in mẽbris eorũ qui ex aqua ⁊ ſpũ ſcõ renati ſunt: tanq̃ nõ ſit ei⁹ facta remiſſio: vbi omnino plena ſit remiſſio pctõrum: ſed manet in vetuſtate carnis tanq̃

Auctes de vno mõ remiſſionis.

Auctes de altero.

Roñi. 6.

Digitized by Google

ſuperatū ⁊ ꝑemptū niſi illicito conſenſu quodāmodo reuiuiſcat: ⁊ in regnū ꝓpriū dñatio nēq; reuocet. Hic apte inſinuat i baptiſmo concupiſcentiā debilitari ex quo ⁊ dī dimitti nō ſolū ideo q2 reat⁹ ibi ſoluitur. Quē remiſſiōis modū alijs etiā plurib⁹ teſtimonijs ſcriptura edocet. Ait eniȝ Aug. cōtra Julianū. Lex que in mēbris eſt: vitiuȝ carnis eſt: qđ ex pena pcti ⁊ ex traduce mortis prouenit. Sed lex iſta que ē in mēbris: remiſſa eſt regñatione ſpūali: ⁊ manet in carne mortali. Remiſſa eſt: q2 reatus ſolutus eſt ſacro quo renaſcuntur fideles. Manet autem q2 operatur deſideria contra que dimicāt etiā fideles. Ideȝ in ſermone quodā de cōcupiſcētia carnis. Per grām baptiſmatis ⁊ lauacrū regñationis ſolutus eſt ⁊ ipſe cōcupiſcentie reatus cum quo eras natus ⁊ quicquid antea conſenſiſti male concupiſcētie ſiue cogitatione: ſiue locutione ſiue actione. Idem in libro de nuptijs ⁊ concupiſcētia. Concupiſcentia carnis licet in regeneratis iam non deputetur in peccatū quecūq; tamen proles naſcitur: obligata eſt originali peccato. Item. Dimittitur cōcupiſcētia carnis in baptiſmo: non vt non ſit ſed vt non imputetur in peccatuȝ. Hoc eſt enim nō habere peccatum nō eſſe reum peccati. Quomodo ergo alia peccata pretereunt actu ⁊ remanent reatu: vt homicidium ⁊ ſimilia: ita econuerſo fieri poteſt vt concupiſcentia pretereat reatu ⁊ remaneat actu. Ex predictis euidenter monſtratur quomodo peccatuȝ originale in baptiſmo remittatur.

¶ De feditate quam caro ex libidine coitus contrahit: vtrum in baptiſmo diluatur. c

Solet auteȝ hic queri:

Utrū ⁊ ipſa caro in baptiſmo ab illa feditate purget: quam in conceptiōe ex concupiſcentia libidinoſa contraxit? Quibuſdam videtur ꝙ ſicut anima a reatu purificatur: ita ⁊ caro ab illa pollutione purgatur: vt ſicut duobus complectur myſterium baptiſmi ſcilicet aqua ⁊ ſpiritu: ita ibi duo purgentur anima ſcilicet a reatu: ⁊ caro ab illa contagione qđ quidem probabile eſt. Alij vo putant tm̄ animam ibi mundari: carnem vero non ab illa feditate purgari. Si vo remanet illa feditas vſq; ad procreationem filiorum que fit in cōcupiſcentia carnis videtur natura carnis magis ac magis corrumpi: ⁊ magis corrupta videtur caro prolis ꝙ parentis: quia de carne pullutionem quam habuit a conceptu retinente: trahitur polluta ⁊ in cōcupiſcentia cōcipitur vnde ⁊ polluitur: ⁊ ita ex duplici cauſa contaminatur. Unde ⁊ maior videtur pollutio carnis in prole ꝙ fuerit in parente. Ad quod illi dicūt quia licet caro prolis ex carne feda ſeminetur: ⁊ i cōcupiſcentia cōcipiatur: non tamen feditatem maiorem trahit ꝙ caro vnde ſeminatur habuit. Quamuis etiaȝ ſi fedior atq; immūdior ſit caro prolis: ⁊ ideo magis corrupta ꝙ caro parentis: nō tamen (vt aiunt) ſit preiudicium veritati: quia nec abſurduȝ eſſe dicunt: ſi carnis natura magis in poſterioribus corrupta trahatur: neq; ex ipſa magis corrupta anima āplius inficiatur.

Quidam dicunt carneȝ mundari ab illa pollutione. alij non.

Incōuenientiaȝ adducit ɔ illos q̄ negant carneȝ mundari a pollutione.

Reſponſio illorum.

¶ Ex quo auctore ſit illa concupiſcentia: deo ſcilicet vel alio. d

Preterea q̄ri ſolȝ. Utrum

concupiſcentia que poſt baptiſmuȝ remanet: ⁊ tm̄ penalitas eſt ante baptiſmuȝ vero pena erat ⁊ culpa: ex deo auctore ſit vel ex alio? Ad quod breuiter reſpondētes dicimus: quia inquantum pena eſt: deum habet auctorem: inquantum vero culpa eſt: diabolum ſiue hominem habet auctorem.

¶ Iſta eſt diſtinctio 35ᵃ hui⁹ ſcdi libri: In qua magr̄ oſtenſa cā mali ſeu pcti: agit de ipſius pcti q̄ditate. Et tria facit. Nā pmo pōit ſecūdariā pcti diffinitōnē. Scdo oñdit diuerſam de ipſo opinionē. Tertio ſubdit multiplicē ɔtra veritatē obiectionē: Primum vſqȝ ibi (Quocirca diuerſitatis.) Secundum vſqȝ ibi (Quidā aūt.) Tertium vſqȝ ad finem diſtinctionis. In ſpāli ſnia magrī ſtat in tribus ppōnib⁹: quarum pma eſt hec. ¶ Peccatū diuerſimode a diuerſis doctoribus diffinit̄. Hāc pbās magr̄ ponit tres peccati diffinitiōes. Prima eſt hei Augu. in epl̄a ad Fauſtū dicētis. q̄ peccatū eſt dictū vel factū vel ɔcupitū cōtra legē dei. Scda eſt eiuſdē alibi dicētis: q̄ peccatū eſt volūtas retinēdi vel ɔſequendi q̄d iuſtitia vetat. q̄rū vtraqȝ ſolū ɔuenit pctis actualibus mortalibus 7 nō venialib⁹. ſed pma harȝ ɔuenit pctis put tā in exteriori actu q̄ ēt i interiori exiſtūt Scda diffinitio pcti put ſolū per actū interiorē cōmittuntur. Tertia diffinitio eſt beati Ambroſij in libro ſuo de padiſo vbi dic̄ q̄ peccatū eſt puaricatio legis diuine 7 celeſtiū inobediētia pceptoꝝ. Et ſubdit q̄ per primā 7 tertiā pcti diffinitiones tā actus interior q̄ exterior oſtēdit eē peccatū. ſȝ p ſcdā tantū actus iterior oſtēdit eē peccatū. ¶ Scda ppō ē hec: Quāuis peccatū ſiḿr ſit tā in actu iteriori q̄ exteriori. pncipalius tamē ɔſiſtit 7 reperit̄ in actu interiori. Hāc magr̄ pbans dicit diuerſas opiniones fore circa hoc. Naȝ aliq̄ dixerūt pctm̄ eē in actu interiori tm̄. Alij dixerunt q̄ nec in volūtate interiori nec in actu exteriori ɔſiſtat quoꝝ rō fuit hec: nā voluntas 7 act⁹ ei⁹ hñt entitatē cū ergo peccatū nihil ſit ſm beatū Aug.ᵐ ſup Joānē videt̄ q̄ nec voluntas nec actus eius poſſit proprie dici pctm̄. Sed magr̄ dicit q̄ ſane credēdū ſit: quod peccatū ɔſiſtit tā in actu exteriori q̄ iteriori: pncipaliꝰ tñ in actu interiori: eo q̄ ſicut fructus ex arbore pcedunt ſic mala exteriora pcedunt ex mala interiori voluntate ¶ Tertia propoſitio eſt hec: Humana voluntas 7 eius actus inq̄tum ſunt: q̄dā bona ſunt: inq̄tū vō ſunt ɔtra legē dei nihil ſunt. Hāc magr̄ pbās dicit quoſdam beatum Aug.ᵐ in hoc fuiſſe ſecutos dicēdo volūtatem 7 eius actū inquantū ſunt eſſe quedam bona: inq̄tū vō ſunt ɔtra legē dei nihil eſſe. Q̄d pbat per hoc: qr oē quod a deo eſt bonum eſt: qr alr̄ deus nō eſſet ſumme bonus cum ergo voluntas 7 eius actus a deo ſint: qr alr̄ cauſaliter tanq̄ ad dei puidētiam nō ptinētes ɔtingerēt: q̄d ē īcōuentēs: ergo oportet dicere q̄ tā volūtas q̄ act⁹ eius inq̄tū ſunt bona ſunt 7 a deo. Poſtea ɔtra illā ſniam obicit tripl̄r 7 ſoluit. Primo ſic: Si ois actus volūtatis eēt a deo ſequeret̄ ex hoc q̄ adulterium: homicidiū: 7 ſic de alijs eēnt a deo: eo q̄ actus ſunt voluntatis. Et rñdēs ad hoc dicit q̄ adulterium homicidiū 7 huiuſmodi nō nominā t pciſe actus quoſdā: ſed etiā quorūdaȝ actuū deformitates. 7 q̄tū ad hoc nō ſunt a deo. Scdo obiicit ſic: Pctā omiſſionis importāt puationes 7 negationes: ſed priuationes 7 negationes non ſunt a deo: ergo tales actus non ſunt a deo. Et reſpōdet q̄ i oī pctō omiſſionis intelligit̄ aliq̄s actus voluntatis poſitiu⁹: ſicut declinare a bono 7 non velle credere in xp̄m. 7 ɔſimilia pctā omiſſionis que ſunt declinatiōes quedā a bonis ponunt aliquos reales actus. ſ. volūtatem 7 ppoſitum mali: 7 per ɔñs nō ſunt oino nihil: vt obiectio predicta intēdit. Tertio ſic: Peccatū inq̄tū peccatū ē corruptio penalis. ſed ois pena eſt a deo: ergo pctm̄ eſt a deo. Cui obiectioni magr̄ rñdēs dicit q̄ peccatū inquātū pctm̄ eſt: nō eſt corruptio paſſiua cuiuſmodi eſt pena: ſed eſt corruptio actiua que nihil eſt 7 que nō eſt a deo: qr alr̄ ſequeretur deum eſſe cām mali. Poſtea declarat hoc a ſimili q̄ corruptio actiua nihil ſit: qr abſtinētia cibi nihil ē: 7 tamē corrūpit corpus. Similr̄ ſic peccatū nihil eſt. tñ corrumpit aiaȝ ſpoliādo eā gratuitis 7 vulnerat aiam in naturalib⁹ 7 hoc tā quo ad animā quam a deo elōgat q̄ quo ad corpus q̄d imortalitate puat. Unī ɔcludit corruptionē actiuā eē pcti eſſentiam: paſſiuā aūt pcti effectū 7 penam. Et tantum in ſpeciali 7c̄.

¶ Q̄ quedam ſiḿr ſunt pctā 7 pena pcti: quedam pctā 7 cauſa peccati: alia vō pctā 7 cauſa 7 pena pcti. a Di. XXXVI. Unū pctm̄ ſit pēa pcti.

SCiēdū eſt tamen

q̄dā ſic eē pctā vt ſint ēt pene pctōrū. Unī aug⁹ ſup illū locū pſal. 57.

Digitized by Google

Supercecidit ignis ⁊ non viderūt ſolem ait: Ignis ſupbie ⁊ ꝯcupiſc ⁊ ire intelligit᷑. Iſtas penas pauci vident: ideo eas maxime comme morat Aplus in epl'a ad Romanos: ⁊ enumerat mlta que pctā ſunt ⁊ pena peccati. Inter p̄mū eñi pctm̄ apoſtaſie ⁊ vltimā penam ignis eterni: media que ſunt ⁊ pctā ſunt ⁊ pena pcti. Grego⁹ quoqꝫ ſup Ezech. ait: Contēnēti qui nō vult penitere ponit deus offendiculū: vbi. ſ. grauius ipingat. Peccatū eniꝫ qd̄ per pniam citius nō deleť: aut peccatū ē: aut cā pcti: aut pctm̄ ⁊ pena pcti: aut pctm̄ ſi-
Gen. 15. mul ⁊ cā ⁊ pena pcti. Vñ Moyſes: Nōdū ſunt completa pctā amorreoꝝ. Et Dauid in-
Pſal. 68. quit: Appone iniq̄tatē ſuā iniq̄tatē eoꝝ. Et
Oſee. 4. alius ꝓpheta. Sāguis ſanguinem tetigit. i. pctm̄ pctō additum eſt. Paulus quoqꝫ ait:
Rom. j. Propterea tradidit illos deus in paſſiones
j. Theſſa. 2. ignominie ⁊c̄. Et itē. Vt ipleāt pctā ſua ſemper. Joāni quoqꝫ per angelū diciť. Qui in
Apocal. 22. ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Ex his teſtimonijs colligitur peccatum aliquod ⁊ peccatum eſſe ⁊ penam peccati.

¶ Ex predictis queſtio oritur. ſ. an inquantum peccatum eſt ſit pena peccati. b

Et iō merito queritur vtrū iq̄uātū pctm̄ ē ſit pena pcti. Qꝛ nō vł cū oīs pena pcti iuſta ſit. Vñ Aug⁹ i lib. retractationū. Oīs pena pcti iuſta eſt ⁊ ſuppliciuꝫ noiať. Si ergo peccatū qd̄ ē pctm̄ ⁊ pena pcti: inquātū pctm̄ eſt pena pcti: eſt cum oīs pena iuſta de iuſtitia dei veniat videť inquā-
Rñſio illoꝝ vbi docent ex quo ſenſu peccatuꝫ dī pena pcti vel pena. tū pctm̄ eſt iuſtuꝫ eē ⁊ a deo ꝓuenire. ¶ Ad qd̄ illi rñdēt pctm̄ ſic dici penam pcti: qꝛ per pctm̄ in qd̄ merito p̄cedētis pcti hō labiť deſerēte deo corrūpiť bona nā. Sić ignis eternus diciť pena maloꝝ: qꝛ ea cruciant᷑: nec tñ ipſe cruciat⁹ maloꝝ ignis eſt ſed per ignē ſit in hoie. Ita p pctm̄ corrūpiť nā ⁊ imminuitur bonū nāe: ⁊ eſt ipa iminutio ⁊ corruptio boni paſſio ⁊ pena: ⁊ nō eſt eēntialr ipm̄ peccatū per qd̄ ſit: ſed iō pctm̄ diciť vt p̄miſſum eſt: qꝛ per peccatū ilico vt peccat hō ſit in hoie illa corruptio: que tamē ſit deo auctore. Illa enim pena ſiue paſſio que eſt boni corruptio a deo eſt. Illi⁹ tñ (vt ſic dicā) mā ⁊ cā eſt peccatū: qd̄ a deo nō eſt. Qd̄ videť aug⁹ notaſſe: ⁊ iuxta hūc ſenſum intellexiſſe: cum ait in libro de p̄deſtinatione ſcōꝝ. Predeſtinatione de⁹ ea p̄ſciuit que fuerat ipſe facturus. Sꝫ p̄ſciuit deus etiā que nō eſt ipſe facturus. i. oīa mala: qꝛ ⁊ ſi ſunt quedam q̄ ita pctā ſunt vt ēt pene ſint peccati: ſm illud Apli: Tradidit illos deus in paſſiones ⁊c̄. nō tñ pctm̄ dei eſt: ſed iudiciū. ſ. pena. In ſcriptura enim ſepe nomine iudicij pena intelligiť. Hic diligēter itēdētib⁹ iſinuare videť ea que pctā ſunt ⁊ pene pcti: nō inquātū pctā ſunt: ſed inquātuꝫ pene dei eē. Nā cū dixiſſet deū nō eē facturum mala aliq̄. i. pctā: qꝛ poſſet ei obijci quedam pctā eē etiā penas pcti: ⁊ pena pcti oīs iuſta eſt: ⁊ ideo a deo eſt: q̄ſi determinādo ſm q̄d faciat ea vel ſm quid nō faciat addidit reliq̄. Iuxta ꝯo p̄dictā itelligētiā pctā ſane dicunť pene. vñ Apl's appellat eas paſſiones ignominie Rom. j.
qꝛ vt ait auctoritas: lꝫ quedam pctā ſint que delectāt: ſunt tñ paſſiones nature non noiande: quia per ea corrumpitur natura.

¶ Qꝛ cum omne peccatuꝫ poſſit dici pena: non tamen omne eſt pena peccati. c

Et licꝫ ex hoc ſenſu oē pctm̄ mortale poſſit dici pena: non tñ oē pōt dici pena pcti. Pena enī pcti vt p̄dictū ē: ē illud cuius cā eſt aliud p̄cedens peccatū. Nam pctm̄ ſic diciť pena pcti reſpectu p̄cedētis: ſicut dī cā peccati reſpectu ſequētis. Quo ſit vt idē pctm̄ ⁊ cā ſit ⁊ pena pcti: ſed alterius pcti pena: ⁊ alterius cā: vt eniꝫ Grego⁹ in moral. ait: Pctm̄ qd̄ pnia nō diluiť ſuo pōdē mox ad aliud trahit. Vñ ſit vt nō ſolū peccatū ſit: ſꝫ ⁊ cā pcti. Ex illa quippe culpa ſubſequens oriť. Pctm̄ ꝯo qd̄ ex pctō oriť: nō ſolū peccatum: ſed ⁊ pena pcti eſt: qꝛ iuſto iudicio deus cor peccātis obnubilat vt p̄cedētis peccati merito etiā in alia cadat: Quē enim libera-
re noluit deſerendo ꝑcuſſit. Proinde vt Au- Aug⁹ ꝯ Julianum.
guſtinus ait. Precedētis eſt hec pena peccati ⁊ tñ etiā ipſa pctm̄ eſt. Judicio enim iuſtiſſimi dei traditi ſunt: vt ait Aplus de q̄buſdaꝫ ſiue deſerēdo ſiue alio modo explicabili ſiue iexplicabili in paſſiones ignominie: vt crimina criminibus vindicarentur ⁊ ſupplicia peccantiū nō tātū ſint tormēta: ſed ⁊ vitioꝝ icremēta. Illa ergo pctā que enumerat Aplus: qꝛ de ſupbia ſunt nō ſolum pctā ſed etiaꝫ ſupplicia ſunt. Ecce ex his iam ſit ꝑſpicuum quedam pctā etiaꝫ penas ⁊ cauſas pcti eſſe: ⁊ illud pctm̄ eē penaꝫ pcti: qd̄ cauſam p̄cedētem habet peccatum atqꝫ illud peccatum eſſe cauſam peccati qd̄ eſt meritum ſequentis culpe.

¶ Ex predictis videtur ſignificari ipſa eadem que peccata ſunt eſſe ⁊ penas peccati. d

Sed cū ait crimina criminib⁹ vindicari: videť iſinuare ea ipa q̄ pec-

cata ſunt eẽntialiter eẽ penas pcti. i. pũnitio/
nes pcti. Ad hoc aũt inquiunt illi: hec ⁊ ſilia
Hilarius li. j. diſt. 15. dicta eẽ ſm rõnẽ predictã: ⁊ ideo intelligẽda
fore ſm premiſſaꝫ expõnẽ. Intelligentia eniꝫ
dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi.

¶ Qꝛ non obuiat veritati ſiquis dicat ipſa peccata eẽ penas peccati eſſentialiter. e

In nullo tamẽ preiudi
ciũ factũ ꝟitati putat᷑: ſiqs dicat ipſa eadẽ q̃
pctã ſunt eẽntialr (vt ita dicã) eẽ penas. i. pu
nitiões pctõ ꝑcedẽtiũ q̃ iuſte ſunt a deo ſunt:
nec tñ inquãtũ pctã a deo ſunt nec iquãtũ pec
cata ſunt: pene pcti ſunt: ⁊ tñ iquãtũ pctã ſũt
priuatiões boni ſunt. ſed vt ſupra dictum eſt
cauſaliter ⁊ actiue dicuntur priuationes.

¶ Aperte oſtendit peccata quedam eſſe penam peccati: ⁊ penam ipſam iuſtam eſſe a deo. f

Quod aũt quedã pctã
pene ſint: ⁊ ipſa pena iuſta ſit ⁊ a deo ſit euidẽ
ter tradit Aug⁹ in libro retractationuꝫ. j. di/
cens q̃dã neceſſitate fieri ab hoĩe q̃ mala ſunt
⁊ eadẽ iuſta pena pcti ſunt. Sũt inquit q̃daꝫ
neceſſitate facta iprobãda vbi hõ vult recte fa
Rom. 7. cere ⁊ nõ põt. vñ ⁊ illud Apli: Non qd̓ volo
facio bonũ: ſed qd̓ odi malum hoc ago. Et il
Galath. 5. lud. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpũm: ⁊ ſpũs
aduerſus carnẽ. Hec eni inuicẽ ſibi aduerſan/
tur: vt nõ ea que vultis faciatis: ſed hec oĩa ex
Gen. 2. In quacumqꝫ die comederitis ex eõ. illa mortis dãnatione ſunt. Naꝫ ſi non ẽ iſta
pena hoĩs ſed natura: nulla iſta pctã ſunt. Si
enim nõ recedit᷑ ab eo mõ quo nãliter factus
eſt hõ: cum hec facit: ea vtiqꝫ facit que debet.
Si aũt homo: qꝛ ita eſt non eſt bonus: nec hꝫ
in ptãte vt ſit bonus: ſiue non vidẽdo qualis
eſſe debeat: ſiue vidẽdo ⁊ nõ valẽdo eẽ qualeꝫ:
ſe eẽ debere videt: penã iſtaꝫ eſſe quis dubitet.
Ois aũt pena ſi pcti pena eſt iuſta eſt: ⁊ ſup/
pliciũ noĩatur. Si aũt iniuſta ẽ pena: qm̃ pe/
nam eẽ nemo ambigit: iniuſto aliquo dñante
hoĩ impoſita eſt. Porro qꝛ de oĩpotẽtia dei
⁊ iuſtitia dubitare dementis eſt: iuſta eſt hec
pena: ⁊ pro pctõ aliquo impẽditur. Nõ eniꝫ
quiſꝙ iniuſte dñans aut ſurripe hoĩem potu
it velut ignorãti deo: aut extorquere inuito tã
ꝙ inualidiori: vt hoĩem iniuſta pena crucia/
ret. Relinquitur ergo vt hec pena iuſta de dã
natiõe hoĩs veniat. His atqꝫ alijs pluribus
teſtimonijs docetur quedaꝫ eſſe peccata ⁊ pe/
nas peccati eſſentialiter.

¶ De quibuſdam que ſine dubio peccata ſunt ⁊ pe/ne: vt ira: inuidia. g

Preterea nullaten⁹ am
bigẽdũ eſt quedã pctã abſqꝫ vllo ſcrupulo pe
nas eẽ: vt inuidia q̃ eſt dolor alieni boni: ⁊ ira
que eſt ẽt non inquãtũ pene ſunt peccata ſunt
ita ẽt de cupiditate ⁊ timore ⁊ alijs huiuſmo/
di ſentiendum eſt. Unde aug⁹ in li. 83. q̃õnũ
ait: Omnis pturbatio paſſio: oĩs cupiditas
pturbatio. Ois ergo cupiditas paſſio. Ois
vero paſſio cũ eſt in nobis: ipa paſſione pati
mur. Ois ergo cupiditas cum ẽ in nobis ip
ſa cupiditate patimur: ⁊ inquantũ cupiditas
eſt patimur ea. Ois autẽ paſſio inquantum
ipa patimur nõ ẽ pctm̃: ita ⁊ de timore. Nõ
enim conſequens eſt vt ſi patimur timorem:
ideo non ſit pctm̃: qꝛ multa ſunt pctã que pa/
timur: ſed non inquantum patimur eis.

¶ Qꝛ verbis Auguſtini premiſſis quedam ſententia Hieronymi obuiare videtur. h

Illud aũt diligẽter eſt
annotãdũ ꝙ ſupra poſitis verbis Aug. dicẽ/
tis quedã neceſſitate facta eẽ iprobãda ⁊ ma/
la videtur obuiare qd̓ Hiero⁹ ait in explana/
tione fidei qd̓ lꝫ ſupra ſit poſitũ: tñ vt pfecti⁹
ſciatur: iterare nõ piget. Execramus iquit eo
rũ blaſphemiã qui dicũt impoſſibile aliquid
hoĩ a deo eẽ ꝑceptũ ⁊ mãdata dei nõ a ſingu
lis: ſed ab oĩbus in cõe poſſe ſeruari: ⁊ paulo
poſt. Et tã illos errare dicimus qui cũ mani/
cheo dicũt hoĩem pctũm vitare non poſſe ꝙ
illos qui cum Iouiniano aſſerũt hoĩem non
poſſe peccare. Ecce Hieronymus dicit errorẽ
eſſe: ſiquis dicat hoĩem vitare peccatum non
poſſe. Qui aũt dicit quedã neceſſitate fieri: q̃
dam dicit non poſſe vitari. Cum ergo id Au
guſtinus dicat videtur aut erroris eẽ qd̓ tra/
dit aut nõ eẽ verũ qd̓ Hieronim⁹ ait.

¶ Determinatio contrarietatem ſubmouens de ſanctorum medio. i

Ad quod dici poteſt qꝛ
Aug⁹ ſm ſtatũ huius miſerie (ad quã ptinet
ignorãtia ⁊ difficultas vt idẽ ait in libro de li
bero arbitrio que ex iuſta damnatiõe deſcẽde
runt) Illud tradidit vbi ⁊ venialia pctã inclu
ſit. Hiero⁹ vero tñ de mortalib⁹ pctis loqui/
tur: que vnuſquiſqꝫ gr̃a illuminat⁹ vitare va/
let vel de homine ſm ſtatum liberi arbitrij an
te peccatum illud ait.

¶ Epilogum facit ad alia tranſiturus. k

Satis diligẽter eoruꝫ
poſuim⁹ ſniam qui dicũt oẽs actus naturas
eẽ ⁊ inquãtum ſunt bonos eſſe: in quo tracta
tu q̃dam interſeruimus: que nõ ex eoꝝ tãtũ ꝑ
ſona accipienda ſunt: qꝛ ab oĩbus catholice

Digitized by Google

ſapiētibus abſq; heſitatione tenent᷑: atq; au/ctoritatū teſtimonijs ⁊ rōnib᷒ eorūdē tradi/tionē muniuimus: qui dicūt oēs actus eſſen/tia ſui. i. inquātū ſunt eē bonos: quoſdā vero inquātum inordinate fiūt pctā eſſe. Addunt quoq; quoſdā nō tm̄ eētia ſed ēt genere bo/nos eē vt reficere eſurientē: qui actus eſt de ge nere operum miſericordie. quoſdā vero actus abſolute ac ꝑfecte bonos dicūt: quos non ſo/lum eētia vel genus: ſed etiam cauſa ⁊ finis cōmendat: vt ſunt illi qui ex bona volūtate ꝓ ueniunt: ⁊ bonum finem metiuntur.

¶ Iſta eſt diſtinctio 36ª hui᷒ ſcdi libri: In qua qdeꝫ magr̄ recitatis opinionibus diuerſis circa pcti qui ditatē oſtēdit q̄ſdam pcti diuerſitatē. Et inq̄rit q̄lr̄ vnū peccatū ſit pena alterius. Et tria facit. Nā ꝑmo tractat opinionē alioꝝ. Scdo annectit ꝓpriā inten tionē. Tertio remouet quandā dubitationem. Pri mū facit a ꝑncipio diſtinctiōis vſq; ibi (In nullo tn̄ ꝑiudiciū.) Scdm vſq; ibi (Illud autē diligenter.) Tertiū ṽo vſq; ad finē diſtinctionis. In ſpāli ṽo ſen tentia magr̄i ſtat in trib᷒ ꝓpoſitionibus quarū ꝑma eſt hec. ¶ Scriptura vnū pctm̄ fore penaꝫ alterius ꝯcedit inq̄tū ab alia cāliter ꝓcedit. Hāc eni ꝓpoſ nē magr̄ ponēs dicit: quedā pctā eſſe alioꝝ pctōꝝ penas qḋ ꝓbat vtriuſq; teſtamenti auctībus diuer ſis: inter q̄s ponit auctē bti Greg. qua dicit pctm̄ q̄ cito per penitētiā nō delef᷑ aut peccatū aut pena pcti eſt: aut peccatū ⁊ cā peccati eſt: aut peccatum ⁊ cā ⁊ pena pcti eſt ſil᷑. Poſtea mouet circa mām hāc quā dā dubitationē q̄rēdo: Utrū peccatū inq̄tum pecca tum ſit pena pcti. Et arguit ꝙ nō. Nā ſm beatū Au guſtinum oīs pena peccati iuſta eſt ⁊ iuſte fit: ſi ergo peccatū inq̄tū peccatū eſſet pena pcti: peccatū iuſte fieret: qḋ non eſt verū. Et rñdens dicit ꝙ affectus peccati cuiuſmodi eſt corruptio pctm̄ ſequēs eſt pe na pcti: ſed nō pctm̄ inq̄tū peccatum Et ſubdit: lꝫ oē pctm̄ ſm iſtū ſenſum (eo ꝙ quedā corruptio ſit) ſit pena. tn̄ non oē peccatum pōt dici pena pcti: ſed illud ſolum dicif᷑ pena alterius peccati qḋ cauſaf᷑ ab alio cū ſolus effectus pcti ſm premiſſa ſit pena pec cati. ¶ Secunda ꝓpoſitio eſt hec: Ueritati in nullo p̄eiudicat quedā pctā nō ſolū cauſalr̄ ſed ēt eſſentia liter eſſe alioꝝ penas. Hāc eni ꝓpōnē magr̄ ponens finaliter eius aſſerit rōnem: q2 quedā pctā eſſentia liter aiam puniūt: ideſt actiue corrumpunt penam infligēdo. Qḋ ꝓbat per beatū Augᵐ dicētem: ꝙ re bello carnis ad ſpūꝫ que eſt pctm̄ ſit pena. Et cōfir maf᷑ hoc idē ꝑ hoc ꝙ quedam ſpūalia pctā pena di cunf᷑. ⁊ ꝙ penalē paſſionem hñt eis annexā ſicut ira inuidia: ſuperbia ⁊ ſilia. Atn̄ dicit ꝙ paſſio illa eis ānexa nō debet dici pctm̄ ¶ Tertia propō eſt hec. Ex ſcripture trahif᷑ ṽitate aliq̄ pctā fieri neceſſitate. Hāc eni ꝓpōnē ꝓbans dicit notādū eē: ꝙ lꝫ beatus Augu. dicat quedā pctā fieri ex neceſſitate. Beat᷒ tn̄ Hieroᵐ᷒ dicit ſemꝑ eſſe in hoīs ptāte poſſe pec/care ⁊ nō poſſe peccare: non tn̄ ſibi inuicē ꝯdicunt: q2 btūs Augu. loquif᷑ de pctis venialibus: Hieroᵐ᷒ ṽo de pctis mortalib᷒: ſuppoſito tn̄ gr̄e adiutorio. Un̄ btūs Augu. loquitur ſm ſtatū hoīs poſt peccatū btūs ṽo Hieroᵐ᷒ loquif᷑ de pctis hoīs ſm ſtatū ei᷒ ante peccatū. Et ſubdit recapitulādo ꝑdeterminata dicēs quoſdā actus eſſe ex ſuo genere bonos: vt re ficere eſurientē ⁊ ꝯſſles: q̄ſdam aūt ex ſua cā vel ex fine: vt qui ꝓcedunt ex bona ⁊ ordinata voluntate hoīs: ⁊ illi ꝑfecte boni iudicanf᷑. Et tantum in ſpāli. ¶ Alioꝝ ponit ſn̄iaꝫ qui dicūt malos act᷒ nullo mō eē a deo nec eē bonos ſiue l eo ꝙ ſūt ſiue alio mō a

Diſtinctio XXXVII.

Utrū actio ſubſtrate. i. i q̄ peccatuꝫ cōmittif᷑ ſit a deo ⁊c.

Sunt autē ⁊ alij plurimi lōge aliter ḋ pctō ⁊ de ac tu ſentiētes: aſſerūt enim volūta/tē malā ⁊ actū malū pctā eē: ⁊ nul la rōne bona nec ſm aliquā rōnē ex deo aucto re eſſe: q2 ſine deo fiunt. Sine eo nāq; (vt ait euāgeliſta) factū ē nihil. i. pctm̄ qḋ dr̄ eſſe ni/hil nō q2 non ſit actio vel volūtas mala: q̄ ali/quid eſt. ſed q2 a vero eē ſeparat homīes: ⁊ ad malū trahit: ⁊ ſic ad nō eē deducit. Qui eniꝫ a ſummi boni ꝑticipatione recedūt qḋ ſolum vere ac ꝓprie eſt merito non eē dicunf᷑. Ideo q; Aug᷒ dicit ſuꝑ Joānē: peccatū nihil eſſe nihilq; fieri cū peccant hoīes. Hac ergo rōne aſtruūt pctūm nihil eē: q2 a vero eē hoīem elō gat. Uoluntatēq; malam atq; actioneꝫ ſiue locutionē malam peccatū eē dicūt: q2 ꝑuarica tio ⁊ inobedieātia hec ſunt ⁊ ꝯ legem dei ſiūt que tn̄ ſunt: ſꝫ ab hoīe vel diabolo non a deo. Nullatenus enim hec a deo eē dicunt ſiue in/quantum ſunt ſiue alio modo.

Joā. i. Quare peccatū di eſſe nihil.

¶ Qualiter determinēt ṽba Augu ꝑmiſſa q̄bus ait: omne qḋ eſt: inquantum eſt bonum eſt. b

Illa quoq; Aug. verba quib᷒ dicit oē qḋ ē inq̄tū eſt bonū eē: ⁊ deuꝫ hēre auctorē de naturis ſiue de ſubīs tm̄ acci piēda fore tradūt. Subē ṽo noīe atq; nāe dicūt ſignificari ſubas ipſas ⁊ ea que nāliter hñt. ſ. que ꝯcreata ſunt eis: ſicut aīa nāliter hꝫ intellectū ⁊ ingeniū ⁊ voluntateꝫ ⁊ hmōi. qḋ ex verbis Aug. ꝑmiſſis colligitur: vbi hoīeꝫ appellat bonam naturā: ⁊ malum hoīem ma lam naturam.. Secundū hāc ergo aſſertionē vel acceptionē mali actus nō ſunt nāe vel ſub/ſtantie nec ēt boni actus: quod vtiq; videtur Aug᷒ innuere in li. retractationū: diſtinguēs inter ſubas ſiue naturas ⁊ bonas actiones ſi ue malas. Aperiens enim quō intelligenduꝫ ſit q̄ddā in lib. de vera religione ab eo traditū ait: Hoc de ſubīs atq; naturis dictum ē. In de enim diſputabatur: non de bonis actioni/bus atq; pctis. Apte hic videtur diuidere in ter naturas ſiue ſubas ⁊ actiones ſiue pctā. Ideoq; aſſerunt p̄ſati doctores: actiones in/teriores vel exteriores non eē naturas vel ſub/ſtantias: que ſi male ſunt: peccata ſunt: neq; a deo ſunt. Qꝫ vero mali actus nō ſint nature: Aug᷒ videf᷑ notare i prima rn̄ſione ꝯtra pe

Scdꝫ quid act᷒ mali nō ſunt nāe vel ſubſtantie.

legimos ita dicēs: Opa diaboli q̄ vitia dicunt᷑ actus ſunt nō res. Idē in q̄rta rñſione. Oē malū natura non eſt: ſed actus accidens alicui ex defectu boni. Quāobrem ꝙ natura nō eſt: deus nō fecit: qꝛ natura eſt oē ꝙ fecit. Item: Omne quod natura bonum eſt: deus ex nihilo fecit non diabolus.

Secundum hos res alique ſunt que a deo nō ſunt quibus homines mali ſunt. c

Ex quo colligitur res

aliq̄s eē q̄ a deo nō ſūt: ei ſqꝫ hoies mali ſunt. Q̄ð nihilominus ⁊ ipſi ꝯcedūt inītētes verbis aug. ſuperius poſitis qui i ench. determi-
Eſa. 5. nās illa v̄ba ꝓphete: Ueh his qui dicūt bonū malū. dicit de ipſis rebus q̄bus hoies ma-
Aſſertionez ſuā Aug teſtionijs muniunt li ſunt: nō de hoībus hoc eē intelligēdū. Sūt ergo aliq̄ue res q̄b⁹ hoies mali ſunt. Id aūt quo hō fit deterioꝛ a deo nō eſt: qꝛ vt ait Auguſtinus in lib. 83. q. deo auctoꝛe non fit homo deterioꝛ. Nō eſt ergo deus auctoꝛ rerum quib⁹ hō deterioꝛ fit. At ſunt aliq̄ue res vt dictū eſt: quib⁹ hoies mali ſiūt. Sunt ergo aliq̄ue res que a deo non ſunt: qꝛ pctā ipſe ſunt. Ideoqꝫ ſcriptura in pluribus conteſtat᷑ locis deum non eſſe auctorem malorum: ideſt eorum que peccata ſunt.

Ex parte eorum premiſſe opponit᷑ ſententie in illo verbo deus auctoꝛ malorum nō eſt. d

In hoc aūt verbo ſupe

rioꝝ ſnie recte opponit᷑: q̄ dicūt deū non eē auctorē eoꝝ q̄ mala ſunt inquātuꝫ mala ſunt ſed iquātuꝫ ſunt: ⁊ iquātuꝫ mala ſunt: dicunt ea nihil eē. Quid ergo miruꝫ: ſi de⁹ dicit᷑ nō eē auctoꝛ eoꝝ inq̄tuꝫ nihil ſunt: cuꝫ nihil nullus auctoꝛ exiſtē queat. Ideoqꝫ cuꝫ dicit᷑ de⁹ eē auctoꝛ oīum que ſunt: bonoꝝ iſti ſubintelligi volūt. Bōa autē illa eē dicunt que naturaliter ſunt. Ea v̄o naturalr eē dicūt nō ſoluꝫ q̄ ſubē ſunt vl' ꝯcreata ſubijs qualiter ſupꝛa accepērūt: ſed ⁊ oīa que naturaꝫ nō priuāt bono. Et ita ſm eoſdē multiplex in ſcripturis fit intelligētia: vbi de natura ſiue de ſubſtantia vel
Pſal. 68. de his que naturaliter ſunt ſermo occurrit. Sed ſuper illum locum pſal'. Non eſt ſubſtātia. ita Auguſtinus de ſubſtantia diſſeruit: vt premiſſe ſententie videatur cōſentire dicēs: Subſtantia intelligitur illud ꝙ ſumus q̄cq̄d ſum⁹: hō: pecus: terra: ſol. oīa iſta ſubē ſunt eoipſo quo ſunt nature ipſe ſubē dicunt᷑. Nā ꝙ nulla eſt ſub̄a nihil oīno eſt: ſub̄a ergo eſt aliq̄d eē: Deus fecit hoiem ſubſtātiaꝫ: ſed per iniquitatē lapſus eſt hō a ſub̄a in qua factus eſt: iniquitas quippe ipa nō ē ſubſtātia. Nō eni iniquitas eſt natura quam formauit de⁹ ſed iniquitas eſt puerſio quam fecit hō. Nature oēs per ipm facte ſunt: iniquitas per ipſum facta non eſt: qꝛ iniquitas nō eſt ſubſtantia. In illo hymno triū pueroꝝ vniuerſa crea- Dan. 3.
tura laudans deū cōmemorat᷑. Laudāt enim oīa deum: ſed que fecit deus. Laudat ibi ſerpēs deū: ſed nō auaritia. Oia reptilia ibi nominata ſunt: ſed nō aliq̄ vitia. Uitia enim ex nobis ⁊ ex nr̄a voluntate hēmus: ⁊ vitia non ſunt ſub̄a. Intēdāt diligēter his v̄bis ſimiliū ſarū aſſertores ſniarū: ⁊ pcipe poterūt rōnez ⁊ cauſam dictoꝝ: vbi ſcriptura de natura vel ſub̄a mentionem facit. Illarum v̄o ſentētiarum iudicium prudētis lectoris cui vtriuſqꝫ ſententie notitiaꝫ plenarie dedimus arbitrio relinquimus ad ea que adhuc nobis ſupſunt tractanda feſtinantes.

Q̄ de peccato non de pena intelligitur cum dicit᷑ deus non eſt auctoꝛ mali. e

Cū igitur i hoc oēs cō

ſentiāt catholici tractatores. ſ. ꝙ deus nō eſt auctoꝛ maloꝝ. Cauēduꝫ eſt tñ ne maloꝝ nomine penas ſicut pctā generaliter includas.
Penaruꝫ enim deus auctoꝛ eſt: ſicut ipſe per ꝓphetā ait. Nō eſt malū in ciuitate qð dñs Amos. 3.
nō fecerit. Itē alibi ex pſona ſua ait: Ego ſuꝫ deus creās malū ⁊ faciēs bonuꝫ. Ecce hic di- Eſaie. 45.
cit᷑ creaſſe ⁊ feciſſe maluꝫ: ſed mali noīe pena intelligit᷑ nō pctm̄: ſicut ecōuerſo cum dicit᷑ deus non eē auctoꝛ maloꝝ: noīe mali pctā intelligunt᷑. Ideoqꝫ Aug⁹ qui dixerat in libro 83. q. ꝙ deus auctoꝛ mali non ſit. in primo libro retractationum quomō intelligēdum ſit aperit dicēs: Uidēdum eſt ne male intelligatur qð dixi. deus auctoꝛ mali nō eſt. qui ⁊ oīum que ſunt auctoꝛ eſt: qꝛ inquantum ſunt in tantum bona ſunt: ⁊ ne hinc putet᷑ nō ab illo eē penam maloꝝ que vtiqꝫ maluꝫ eſt his qui puniuntur: ſed hec ita dixi ſicut dictum eſt: deus mortē nō fecit: cum alibi ſcriptū ſit. mors Sap. 1.
⁊ vita a dño eſt. Malorum ergo pena que a Eccl. 11.
deo eſt: malum eſt quidē malis: ſed in bonis Q̄ð pcā malo a deo ē.
dei opibus eſt: quoniā iuſtum eſt vt mali puniant᷑: ⁊ vtiqꝫ bonum eſt omne qð iuſtuꝫ eſt. Sic ergo dicit᷑ deus non feciſſe mortem: qꝛ nō fecit illud pro quo mors infligitur: ideſt Q̄uō dictuꝫ ſit de⁹ mortē non fecit
peccatum. Audiſti lectoꝛ cauſam dictorum ex qua ſana intelligentia formatur cum dicitur deus non auctoꝛ mali; ⁊ deus mortem non fecit.

¶ Iſta eſt diſtinctio 37ª hui⁹ ſcdi libri: In qua qdē diſtinctione magr̄ oſtēſo quō vnū pctm̄ ſit pena alterius: inqrit hic ꝯſter q̄liter auctor maloꝝ ſit de⁹. Et circa h̄ tria facit. Nã p̄mo pōit quidã opinionē. Scdo eiuſdē opiōnis ꝯfirmationem. Tertio redit ad ſue intētionis oppreſſionez. Primum facit vſqꝫ ibi (Ex quo colligit̄.) Scdo vſqꝫ ibi (Cū igit̄ i hoc oēs.) Tertiū vſqꝫ ad finē diſtinctionis. In ſpeciali ſnīa. magri ſtat in trib⁹ ꝑpōnibus q̄rū p̄ma eſt hec. ¶ Aliq̄ volūt aſſerere volūtatē malã: ⁊ actum eius malū nullaten⁹ a deo ꝓcedere. Hanc magr̄ pōnēs dicit vt ſupra dictū fuit quoſdã opinari. q᷑ volūtas mala ⁊ actus eius nec bona ſunt nec a deo ſunt. Et q̄cūqꝫ rōne ꝯfirmãtes dictū ſuū ſup illud Joannis .j. ſine ipſo factū eſt nihil. i. peccatū. Rō aūt ꝯtrariuz opinãtiū .ſ. Aug fuit iſta vt ſupra dictum eſt q᷑ .ſ. iſta a deo eſſent inq̄tū ſunt eo q᷑ inq̄tum ſunt bona ſunt. Hoc ſoluētes dicunt. q᷑ iſta ꝑpoſitio. oīs que ſunt inq̄tū ſunt bona ſunt: ſoluz h̄t veritatē in his que nãle ⁊ ſbale eſſe habēt quale eē pctã non hñt. ¶ Secūda ꝑpō eſt hec: Nihili cuiuſmodi ſunt pctã de⁹ indebite ponit̄ eſſe cã. Hãc magr̄ ꝓbat duabus rōnibus. q̄rū prima eſt hec: Illud per qḋ hō ſit deterior nō eſt a deo: ſꝫ per pctã hō ſit deterior. ergo ⁊c. Itē ſic. Nihili deus nō eſt auctor. cū ergo pctm̄ ſit nihil. vt dicit̄ Joãnis .i. ergo ipm̄ nō eſt a deo vt dicit opinio. Et magr̄ vtrãqꝫ opinionē .ſ. illã que dicit peccatū eſſe a deo inq̄tū eſt act⁹ q̄dam: ⁊ illã q̄ dicit̄ pctm̄ nullo mō eē a deo relinqt ideterminatã: committēs ipſas diligentie lectoꝝ. ¶ Tertia ꝑpoſitio ē hec: Scdm̄ ꝯcordē ſcōꝝ doctoꝝ ſnīam heretcū eſt dicē deū per ſe cãm alicuius mali culpe. Hãc magr̄ ponēs dicit deū tãtū poſſe eſſe cãz mali pene. vnde Amos .3. dicit̄: Nō eſt malū i ciuitate qḋ nō fec̄ dn̄s. Et Eſa. 45. Ego ſum dn̄s creans malum ⁊ faciens bonū: que ꝑpōnes veritatē nō hērent: niſi deus eēt auctor mali pene. Contra quã ſnīam magr̄. arguit per illud Sap. j. Deus mortē nō fecit. que tñ eſt qḋ dã malū pene. Ad qḋ ridens dicit illã ſcripture auctori atē eē intelligendã. q᷑ deus pctm̄ illud non fecit. ſ. malum culpe qḋ eſt cã mortis: ita q᷑ noīe effectus ſignificetur ibi cauſa. Et tantum in ſpeciali.

¶ De volūtate ⁊ fine ex quo ⁊ ipſa indicatur. a

Diſtinctio XXXVIII Qualiter in gñali per actū volūtatis pctm̄ introducitur.

POſt predicta de volūtate eiuſqꝫ fine diſſerēdū eſt. Sciēdū ergo ē q᷑ ex fine ſuo (vt ait Aug⁹) volūtas cognoſcit̄ vtrū recta an praua ſit. Finis aūt bone volūtatis beatitudo ē: vita eterna: ipſe deus. Male vero finis ē aliud. ſ. mala delectatio: vel aliquid aliud in quo non dꝫ volūtas quieſcere. Finē bonum īſinuat ꝓpheta dicēs. Oīs ꝯſumatōis vidi finē ⁊c. Charitas ergo cuius latū mãdatum eſt: finis oīs cōſumationis eſt: ideſt oīs bone voluntatis ⁊ actionis ad quã omne preceptū referendū eſt. Vñ Aug⁹ in ench. Oīa p̄cepta diuina referunt̄ ad charitatē. De qua dicit Apl's: Finis p̄cepti eſt charitas de corde puro ⁊ ꝯſciētia bona ⁊ fide nō ficta. Oīs itaqꝫ p̄cepti finis charitas eſt: ideſt ad charitatē refert̄ omne p̄ceptum. Qḋ vero ita ſit vel timore pene vel aliqua intētione carnali vt nō referatur ad charitatē que eſt dilectio dei ⁊ ꝓximi: nōdū ſit quēadmodum oportet fieri: q̄uis fieri videatur. Tūc eniz recte ſiūt que mãdat deus ⁊ que conſilio monet cum referunt̄ ad dilectionez dei ⁊ ꝓximi. His verbis aperte inſinuatur quis ſit rectus finis voluntatis ſiue actionis bone ſcilicet charitas que ⁊ deus eſt: vt ſupra oſtendimus.

Quid ſit finis bonus. Finis malus.

Pſal. 118.

j. Thimo. j.

¶ Q᷑ de⁹ eſt finis oīs bone actionis q᷑ charitas eſt nec tantum ſpūs ſanctus ſed etiam chriſtus ⁊ pater nec hi ſunt tres fines ſed vnus. b

Qui ergo charitatē ſibi ponit finē: deum ſibi ponit finē: vñ ⁊ chriſtū finē legis ad iuſtitiã dicit Apl's eē omni credēti. Et recte dicit̄ chriſtus finis legis ad iuſtitiã: q᷑ vt ait Aug⁹ in lib. ſniarum ꝓſperi: in chriſto lex iuſtitie nō cōſumit̄ ſed impletur. Oīs enim perfectio ex ipſo ⁊ in ipſo eſt: ⁊ vltra quē nō eſt quo ſpes ſe extēdat. Finis fideliū chriſtus eſt ad quē cum peruenerit currentis intētio non habet quo amplius poſſit venire: ſed habet id in quo debeat p̄manere. Finis ergo rectus atqꝫ ſupremus deus pater eſt ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus: nec hi tres ſunt tres fines ſed vnus finis: q᷑ non tres dij ſed vnus deus. Rom. 10.

¶ Q᷑ oēs bone voluntates vnum habent finem: ⁊ tamen quedam bone diuerſos fines ſortiuntur. c

Sꝫ queritur vtruz oēs bone volūtates vnū tm̄ habeãt finez? De hoc Aug⁹ in .11. lib. de tri. ita ait: Alie atqꝫ alie volūtates ſuos ꝓprios fines hñt: qui tm̄ referuntur ad finē illius volūtatis qua volumus beate viuere: ⁊ ad eam ꝑuenire vitã que nō referatur ad aliud ſed amãti per ſeipſaz ſufficiat quēadmodū volūtas vidēdi finē habet viſionem: ⁊ volūtas uidēdi feneſtraz: finem habet feneſtre uiſionē. Altera uero eſt uolūtas per feneſtrã uidēdi trãſeuntes cuius itez finis eſt uiſio trãſeūtium. Ad qḋ etiã p̄dicte referunt̄ uolūtates. Itē recte ſunt uoluntates ⁊ oēs ſibimet religate ſi bona eſt illa ad quaz cuncta referuntur. Si aūt praua ē: praue ſunt oēs ⁊ ideo rectarū uoluntatū cōnectio iter quoddaz eſt aſcendētium ad beatitudinē: qḋ ceteris uelut paſſibus agitur. Prauarū aūt ⁊ diſtortarū uoluntatū iplicatio uinculū eſt quo alligabit̄ qui hoc agit ut ꝓijciatur in tenebras exteriores. His auctoritatū teſtimonijs euidēter mōſtratur plures in fidelibus rectas eē uolū

tates proprias ac diuerſos fines hn̄tes: ꝛ tn̄ vnū eūdēqꝫ: qꝛ omnes referuntur ad vnum q̄ eſt finis finium: de quo pauloante diximus: ſia econuerſo forte eſt ꝛ in malis.

¶ Que dā huic ſententie videnť aduerſarii

Ueruntamē huic ſnīe q̄ dictū ē fideliū q̄ſdā rectas volūtates diuerſos fines ſortiri: ꝛ tn̄ ad vnū referri: videť obuiare qđ alibi aug⁹ admonet ne. ſ. nobis duos fines ꝯſtituamus ita inquiens in lib. de ſermone dn̄i in mōte. Non debemus ideo euangelizare vt manducemus: ſed ideo manducare vt euangelizemus: vt cibus non ſit bonū qđ appetiť ſed neceſſariū qđ adiĳciť vt illud impleatur: Querite p̄mū regnū dei ꝛ hec oia adĳcienť vobis. Nō dixit p̄mū querite regnum dei: ꝛ deinde querite iſta q̄uis ſint neceſſaria. ſed ait hec omnia adĳcientur uobis. i. hec ꝯſequenť ſi illa queratis: ne cū iſta queritis: illic auertamini: aut ne duos fines ꝯſtituatis vt ꝛ regnū ꝓpter ſe appetatis ꝛ iſta neceſſaria ꝓpter illud. ergo ꝓpter regnum dei tn̄ debemus opari oia: nō ſolā vel cuꝫ regno dei mercedē corꝑalem meditari. Ecce hic apte dicit: ne duos fines nobis ꝯſtituamus: ſed vnum tantum. i. regnum dei: cū ſupra dixerit bonas volūtates alias ꝛ alias ꝓpos habere fines.

Matth. 6.

¶ Hic oſtēdiť qūo lꝫ videanť nō repugnēt p̄dicta. e

Hec aūt ſibi nō repugnare aiaduertit q̄ vbis p̄miſſis ſimplici oculo diligēter itēdit. qui enim dixit: ne duos fines nobis cōſtituamus ſed oia ꝓpter regnū dei faciamus: ipſe p̄miſit ꝙ debemus manducare vt euāgelizemus. Cum aūt hoc ita facimus actionis illius finē euāgeliū ꝯſtituim⁹: ſed ꝛ hūc finē ad regnū dei referimus. Manducamus enim ꝓpter euangeliū ꝛ manducamus ꝛ euangelizamus ꝓpter regnū dei. Duos igiť fines nobis i māducādo ꝯſtituim⁹. Sed iſta facientes nūquid peccamus? abſit. Nam ꝛ ipſe ſic facere ſuadet ſi diligēter eius vba inſpiciamus. Cum ergo ait: ne duos fines nobis cōſtituamus: fines in diuerſa tēdētes intelligi voluit. ſ. quoꝝ alter ad alterū nō referať: ita ꝛ cum dicit: ꝓpter regnū dei tātū oia agēda: nec cum ipſo mercedem tp̄alē: meditādā: ita intelligēdū eſt: vt non appetendo meditemur cum regno mercedē tp̄aleꝫ. ita ꝙ nō ꝓpter regnū ſed ꝓpter ſe: vt. ſ. regnuꝫ propter ſe appetamus ꝛ iſta ꝓpter illud: ſicut ipſe docet: Si enim petimus vitam eternā: petimuſqꝫ etiā tp̄alia a deo: ſi ea petimus ꝓpter vitā eternā: nō offendimus neqꝫ ſiniſtra tūc ſcit quid faciat dextera: qꝛ mercedē tp̄alē non ꝓpter ſe meditamur: ſed propter regnum dei vt ſit leua ſub capite ꝛ dextera in amplexu. Alioquin ſi hec tp̄alia ꝓpter ſe querim⁹ ſicut eterna: miſceť dextre ſiniſtra. Ideoqꝫ cū dominus dixerit: Attēdite ne iuſticiā veſtrā faciatis corā hoībus vt videamini ab eis. Alibi ait: Sic luceāt opa veſtra bona coram hoībus vt glificent patrē veſtrū qui in celis eſt. Propter deū ergo oia facienda ſunt: vt oia que facimus oiumqꝫ fines ad eū referamus.

Quo intelligendū ſit illud: ne duos fines cōſtituam⁹ nobis.

Luce. ix.

Matth. 6.

Cant. 2.

Ibidem.

Matth 5.

¶ De differētia voluntatis intentionis ꝛ finis. f

Solet ēt q̄ri qđ diſter inter volūtatē ꝛ intentionē ac finem. Ad quod dici pōt inter volūtatē ꝛ finem certo atqꝫ cuidēti mō diſtinguiť: qꝛ volūtas eſt qua volumus aliq̄d. Finis vō volūtatis eſt vel illud qđ volumus: per qđ impleť ipſa volūtas: vł poti⁹ aliud ꝓpter qđ illud volumus. ¶ Intētio vō interdum pro volūtate: interdum ꝓ fine volūtatis accipiť: que diligēs ac pius lector in ſcriptura vbi hec occurrunt diſcernere ſtudeat. Finis vō volūtatis eſt delectatio bona vel mala: ad quaꝫ nitiť q̄ſqꝫ peruenire. Un̄ Aug⁹ ſup illū locū pſal. Scrutans corda ꝛ renes: ſic ait: Deus ſolus ſcrutať corda idest quid q̄ſqꝫ cogitet: ꝛ renes: idest q̄d queqꝫ delectet. Quia finis cure ꝛ cogitationis eſt delectatio: ad quam cura ꝛ cogitatione nitiť quiſqꝫ peruenire: ꝛ paulopoſt. Opa nr̄a que ſunt in dictis ꝛ factis pn̄t hoīes videre: ſed quo aio fiant: ꝛ quo venire cupiāt: ſolus deus videt: qui cum videt cor eē in celo: ꝛ nō delectari nos in carne ſed in dn̄o. i. cum bone ſunt cogitationes ꝛ earū fines: dirigit iuſtū. Idē ſup alteri⁹ pſal. locū illum. ſ. In laqueo iſto q̄dē abſcōderūt cōprehēſus eſt pes eorū dicit. Pes aie amor eſt: qui ſi prauus eſt: diciť cupiditas vel libido. ſi rectus: diciť charitas. Eo moueť aia q̄ſi ad locū q̄ tēdit. i. ad delectationē bonā vel malā quo ſe perueniſſe per amorē letať. Finis ergo volūtatis vt p̄miſſum eſt diciť ꝛ illud qđ volumus: ꝛ illud ꝓpter qđ volumus ꝛ intentio ad illud reſpicit ꝓpter qđ volumus ꝛ volūtas ad illud qđ volumus: vt vbi grā. Si velim eſurientē reficere vt habeā vitam eternam. volūtas eſt qua volo reficere eſurientē: cuius finis eſt refectio eſuriētis. Intētio vō eſt qua ſic ad vitā puenire volo. Finis vero ſupremus eſt ipſa vita: ad quam ꝛ alius finis refertur.

Quid ſit voluntas.

Intentio q̄ mō accipiť.

7.

Aug⁹ in expoſitiōe ps. 9.

Repetit p̄dicta ſb̄ dēs exemplum.

¶ An illa intentio ſit voluntas. g

Sed queritur. Utrū in

tētio talis ſit volūtas: ⁊ ſi voluntas eſt an in hoc ope ſit vna eadēq; volūtas: qua volo reſiſicere eſurientē: ⁊ qua volo hēre vitā eternaʒ: Videt̄ nēpe talis intētio volūtas eē: vt enim voluntas eſt qua volo reficere pauperez: ita ⁊ voluntas eſt qua per illud volo habere vitaʒ. Et alia quidē videt̄ voluntas eē qua volo habere vitam. ⁊ alia qua pauperi ſubuenire volo. Sed iſta ad illaʒ refert̄. Nam etſi hoc ita placeat vt in eo cum aliqua delectatiōe voluntas acquieſcat. nonduʒ eſt tñ illud quo tēdit̄ ſed hoc ad illud refert̄ vt illud deputet̄ tanq̄ patria ciuis: iſtud vero tanq̄ refectio vel manſio viatoris. Et ſunt iſte voluntates affectus ſiue motus mētis quib9 quaſi greſſib9 vel paſſibus tenditur ad patriā. Sicut ergo altera ē voluntas videndi feneſtras: vt ſupra docente Aug. didicimus: altera que ex iſta nectit̄ volūtas. ſ. per feneſtras videndi tranſeūtes. Ita nōnullis alia videt̄ eē voluntas elemoſynas dādi paupi. alia uolūtas hñdi uitā. Alij aūt putāt q̄ una ſit uolūtas ⁊ hic ⁊ ibi: ſed ꝓpter ſubiectorum multiplicitatē diuerſitas memoratur uolūtatū. Ceterū quodlibet boruʒ uerū ſit illud nulli i ambiguuʒ uenit: quin uolūtas ex ſuo fine pēſetur utrū recta ſit an praua: peccatū an gratia: ⁊ quin noīe intētionis aliquā do finis aliqñ uoluntas intelligatur.

¶ Iſta eſt diſtinctio. 38ª hui9 ſcdi libri: In qua magr̄ poſtq̄ egit de pctō actuali ſm ſe: incipit agē de pctī radice. ſ. de volūtate que ē radix peccati. Et tria circa.ª facit. Nā ꝑ agit de volūtatis rectitudine ⁊ peruerſitate. Scdo de volūtatis ⁊ intentionis diuerſitate. Tertio de volūtate finis ⁊ eoꝝ que ſunt ad finē idētitate. Primum vſq; ibi (Solet etiaʒ queri.) Scdm vſq; ibi (Sed queritur vtrum.) Tertium vſq; ad finem diſtinctionis. In ſpāli ſnīa magrī ſtat in tribus ꝓpōnibus q̄rum pma eſt hec. ¶ Ex bono vel malo fine ꝑpēdit̄ rectitudo vel ꝑuerſitas voluntatis humane. Hāc magr̄ ponēs dicit quod volūtas humana rectitudinē vel ꝑuerſitatē habet a fine bono vel malo: Unū bon9 finis voluntatis eſt charitas: beatitudo ipſa vita eterna vel deus ipſe. Unde ſm Augm̄. qd ꝓpter charitatē nō fit recte non fit. Qui q̄dē volūtatis finis. ſ. charitas ad finē vlteriorez ordinat̄. ſ. ad deū. Malarū vō volūtatū finis eſt mala delectatio in actu vitioſo. Et ſubdit q̄ tā bone q̄ male volūtates pñt hēre plures fines intermedios: qui ſunt quaſi inter quoddā ⁊ vie ad vltimū finez ꝑueniēdi. Contra qd magr̄ obijcit auctē beati Augu. qua dicit q̄ nō poſſum9 duos fines ꝯſtituē ſil̄. Et rñdēs dicit q̄ hoc verū ſit: vbi fines ſic ſe hñt q̄ vnus nō ſit ſub alio ꝯtēt9: vel q̄ vn9 nō ſit ad aliū ordinatus ⁊ non vbi vnus ad aliū refert̄: ſicut eſt in propoſito. ¶ Scda ꝓpoſitio eſt hec: Uolūtatē ⁊ intentionem oīno fore idē ꝯgrue negat̄: eo q̄ per volūtatē ⁊ non per intētionē potētia affectiua noīat̄. Hāc magr̄ ꝓbās querit. Utrū volūtas ⁊ intētio ſint idē. Et reſpōdet q̄ nō oīno ſint idē: q2 volūtas noīat potētiā volitiuam: intentio autem nō: qd ex verbis btī Augu. declarās dicit q̄ volūtas eſt potētia qua volumus. Finis vō eſt illud quod volumus. Intētio vō eſt illa intenſio: motio qua per volūtatē in finē tendim9: ſicut verbi gr̄a: ſi velim eſuriētē reficere vt habeam vitā eternā: tūc volūtas ⁊ potētia qua volo reficere eſuriētē cuius finis medius eſt refectio eſurientis. Ultimus vō finis eſt vita eterna. Intētio vō ē motus quo ad finē ꝑuenire volo. Unde patet iſta tria nō eē oīno idem. ¶ Tertia ꝓpoſitio eſt hec: Satis ꝯſtat ꝓbabile q̄ aliq̄s eodē velle velit finem: ⁊ illud qd ad deum eſt referibile. Hāc magr̄ ꝓbās querit: Utrū ſit idē actus volūtatis quo vult finez ⁊ ea que ſunt ad finē. Et rñdēs dicit q̄ aliq̄bus videt̄ q̄ non ſit idē actus ſed plures: ſicut non eſt idē act9 vidē feneſtrā ⁊ vidē per feneſtrā trāſeūtes in via. Aliq̄bus vō placet q̄ ſit idē act9 volūtatis que ſolū ſm diuerſitatē volitoꝝ ſit diuerſificat9 ⁊ que iſtaꝝ opionū ſit verior magr̄ relinq̄t idetermnatū. Et tantū in ſpāli.

¶ Cum voluntas ſit de his que homo nālīter habet quare peccatum fore dicat̄ cū nullum aliud naturale peccatū ſit. a

Hic aūt orit̄ queſtio ſatis neceſſaria ex ſupioribus cām trahens. Dictum eſt enim ſupra uoluntatē ineſſe naturalr̄ hoī ſicut intellectus ⁊ memoria. Que aūt hoī naturalia ſunt: quātumcunq; uitiētur bona tñ eſſe non deſinunt: quia non ualet uitium bonitatem in qua deus eam fecit penitus conſumere. ut uerbi gratia. Intellectus uel ratio ⁊ ingenium ac memoria ⁊ ſi uitijs ac peccatis obnubilentur ⁊ corrumpantur bona tamen ſunt: nec peccata nominantur ſicut Auguſtinus de ratione que eſt imago dei in qua facti ſumus euidenter oſtendit in. 15. libro de trini. Hec eſt iḡr imago in qua homines ſunt creati: qua ceteris animalib9 ꝑſunt: que creatura in rebus creatis excellentiſſima: cū a deo iuſtificatur: a deformi forma in formoſaʒ mutatur formaʒ. Erat enim etiam inter uitia natura bona. Hec autem imago ratio eſt vel intellectus. Cum ergo uoluntas de naturalibus ſit: quare ipſa non ſemper bonum eſt: etſi aliquando uitijs ſubiaceat. ¶ Ad hoc facile reſpondent qui dicunt omnia que ſunt inquātum ſunt bona eſſe: quia ⁊ ipſam uoluntatem inquantum eſt uel inquantuʒ uoluntas eſt ut ſupra poſuimus bonum eſſe aſſerunt: ſed inquantum inordinata eſt: mala eſt ⁊ peccatū. Ubi poteſt ab eis ratiōabiliter queri. Si uoluntas inquantum inordinata eſt: peccatum eſt: quare ergo intellectus ratio ⁊ ingeniuʒ ⁊ hmōi: cum inordinata ſunt peccata nō ſunt:

D. XXXIX
Quare volūtas magis depreuetur in ſuo actu q̄ aliqua alia potentia.

Rñſio ſm quoſdam.

Digitized by Google

Jnordinata vō ſunt ſicut voluntas cū ad re/
ctum finē nō tēdunt: eorūq; actus preuarica/
tiōes exiſtūt. Ad qđ illi dicūt voluntatis no
mine aliqñ vim. ſ. nālem potētiam volēdi: ali
qñ actum ipſius vis ſignificari. Uis aūt ipa
naturalr aīe inſita nunq̄ peccatum ē ſicut nec
vis memorādi vel itelligēdi: ſʒ act⁹ hui⁹ vis q̄
⁊ volūtas dr̄ tūc peccatuʒ ē qñ inordinat⁹ eſt.

¶ Quare actus voluntatis ſit peccatū: ſi actus aliaꝝ potentiarū non ſunt peccata b

Sed adhuc q̄ritur qua
re hui⁹ nālis potētie act⁹ pctm̄ ſit ſi aliarū po
tentiarū actus pcta nō ſunt. ſ. potētie memo/
randi: cui⁹ actus eſt memorare: ⁊ potentie in
telligēdi cuius actus eſt itelligere. Ad qđ ⁊
ipſi dicūt: q2 alterius generis eſt actus ille vo
luntatis q̄ actus memorie vel intellect⁹: Hic
enim actus eſt ad aliq̄d adipiſcēdum vel non
admittēdum: qui nō pōt eē de malis quin ſit
malus. Uelle enim mala malū eſt: ſed intelli/
gere vel memorari mala malū nō eſt. Quam
uis eorū quidā etiā hos actus malos eē inter
dum nō improbe afferāt. Memorat enim in
terdū quis malū vt faciat: ⁊ querit intelligere
verum vt ſciat īpugnare. Ecce qualiter ſoluit̄
Rñſio ſm q̄ſdā alios. premiſſa queſtio ab his qui tradūt oīa eē bo/
na inquantū ſunt. Qui vō dicunt volūtates
malas pctā eſſe ⁊ nullo modo bona: breuius
rñdent dicētes actū volūtatis nō eſſe de natu
ralibus: ſed vim ipſam ⁊ potentiam volēdi q̄
ſemꝑ bonū eſt: ⁊ in oībus eſt: etiam in paruu
lis in quibus nondum eſt eius actus.

¶ Qūo intelligendum ſit illud q bō etiā qui ſeruus eſt peccati naturaliter vult bonum. c

Preterea q̄ri ſolet quō
intelligēduʒ ſit qđ ait Ambr. exponens illud
Rom.7. verbū apli: Nō qđ volo illđ ago: ſed qđ no/
lo illud facio. Dicit enim q bō ſubiectus pec
cato facit qđ non vult: q2 naturaliter vult bo/
num. Sed voluntas hec ſemꝑ caret effectu:
niſi gratia dei adiuuet ⁊ liberet. Si bō ſubie
ctus pctō eſt: vult quidē malum ⁊ operat̄: q2
ſeruus eſt peccati ⁊ eius volūtatem (ſicut ſu/
An eadem volūtate ve lit bō nālr bonū ⁊ libēter peccato ſeruiat. pra dixit Aug⁹) libenter facit: qūo ergo na/
turaliter vult bonum? An eſt eadē voluntas
ideſt ideʒ motus quo libēter peccato ſeruit: ⁊
quo naturalr vult bonū? Si non eſt eadem
volūtas: que ergo iſtarum eſt qua cum bō iu
ſtificat̄ a ſeruitute pcti liberatur? Ut eni diſ
ſeruimus ſupius: grā dei volūtatē hoīs libe
rat ⁊ adiuuat que voluntatem hoīs preparat
adiuuandā ⁊ adiuuat preparatam. Sed que

eſt illa volūtas an illa que nālr vult bonū?
an illa que libenter ſeruit pctō: ſi tñ due ſunt
volūtates? Propoſita eſt queſtio profunda Qōneʒ ꝓpoſitam exeqʇ̄ pri⁹ ſʒ illos qui dīt duos eē mot⁹.
que varia a diuerſis expoſitione determinat̄.
Alij enim dicunt duos eſſe motus. vnuʒ quo
vult bonū nāliter q̄re nāliter ⁊ quare natura/
lis dicit̄. Quia talis fuit mot⁹ nature huma
ne in prima ꝯditione in qua creati ſine vitio
ſumus. que ꝓprie natura dr̄. Fuit enim ho/
mo creatus in voluntate rectus. Uñ in eccle/
ſiaſticis dogmatib⁹ ſcriptum eſt: Firmiſſime Signadius.
tene primos hoīes bonos ⁊ rectos eſſe crea/
tos cuʒ libero arbitrio quo poſſ. nt ſi vellent
ꝓpria voluntate peccare. eoſq; non neceſſita
te: ſed ꝓpria voluntate peccaſſe. Recte ergo
dr̄ hō naturalr velle bonuʒ: q2 in recta ⁊ bōa
uoluntate ꝯditus eſt. Supior eni ſcintilla rō
nis que etiā (ut ait Hiero⁹) in chain nō po/
tuit extingui: bonuʒ ſemꝑ uult: ⁊ maluʒ ſemꝑ
odit. Aliuʒ autē dicunt motuʒ eē quo mēs re
licta ſupioꝝ lege ſubijcit ſe pctis: eiſq; oble/
ctat̄. Jſte motus (ut aiunt) añq̄ adſit alicui
grā dñat̄ ⁊ regnat in hoīe alterūq; deprimit
motuʒ. uterq; tñ ex libero arbitrio ē. Uenië
te autē grā ille malus mot⁹ elidit̄: ⁊ alter na/
turalr bon⁹ liberat̄ ⁊ adiuuat̄ ut efficaciter
bonū velit. Ante grāʒ vō lʒ naturalr hō uelit
bonuʒ: nō tñ abſolute cōcedi opʒ bonā hēre
uoluntatē: ſed potius malā. alij autēʒ dicunt Rñſio ſm alios.
unā eſſe uoluntatē. i. unuʒ motuʒ q̄ naturalr
uult hō bonuʒ: ⁊ ex uitio uult hō maluʒ eoq;
delectat̄: ⁊ inquātuʒ uult bonuʒ naturalr bo
nus eſt: inquantum malum uult malus eſt.

¶ Jſta eſt diſtinctio. 39ª huius ſecūdi libri. Jn qua
magiſter oſtenſo in precedēti diſtinctione vnde ſit
rectitudo ⁊ vitium in volūtate: inquirit q̄liter in vo
luntate ſit peccatū. Scđo quare actus volūtatis po
tius dicit̄ pctm̄ q̄ actus aliarum potētiarū. Tertio
an idem actus volūtatis ſit quo vult nāliter bonuʒ
⁊ quo reſpuit malū. Primuʒ facit vſq; ibi (Sed ad
huc querit̄.) Secūdum vſq; ibi (Preterea queri ſo
let) Tertiū vſq; ad finē diſtinctionis. Jn ſpāli ſen/
tentia magri ſtat in tribus ꝓpōnibus: quarum pͥma
eſt hec ¶ Quāuis volūtas humana de ſua nā ſit bo
na ⁊ recta creata. tñ dr̄ denoiatiue mala inq̄tuʒ eſt
mala ⁊ inordinata. Hāc magiſter ꝓbās querit vtrū
volūtas poſſit eſſe mala: cū tñ habeat nālem boni
tatē ſicut ⁊ cetere potentie nāles que quātūcūq; de
prauent̄ bone manēt: ſicut rō ingenium ⁊ ꝯſimilia:
que quātūcūq; vitijs deprauent̄ nunq̄ tamē ꝓpter
hoc dicunt̄ mala ſic̄ volūtas mala peccati appellat̄.
Et dicit ſm opinionē illoꝝ qui oīa que ſunt bona
dicūt eſſe. Ad qđ videri poſſet q volūtas nō dicit̄
mala ſeu peccatū inq̄tū eſt quedā nālis potētia: ſed
inq̄tum per actū ſuum deordinat̄ dicitur peccatū.
Sed tūc dicit magiſter q adhuc queri poteſt q̄re
cetere vires: vtpote ratio ⁊ memoria: ingenium ēt
non dicuntur peccata cū tamen ⁊ ipſe in actib⁹ ſuis

quandoqꝫ deoꝛdinent̃ ſicut voluntas. Et reſpondet
ꝙ illa deoꝛdinatio nõ eſt in volũtate ſed in actibus
eius qualiter nõ eſt in actibus aliarũ potentiarum.
¶ Scda ꝑpoſitio eſt hec. Nullus actus aliarum vi-
rium niſi actus voluntatis malus iudicat̃: lꝫ tamen
homo quãdoqꝫ ipſis abutat̃. Hic magiſter ꝓbans
querit q̃re huiuſmodi actuũ deoꝛdinatio nõ ſit ita
bene in actibus aliarum potẽtiarũ ſicut in actibus
voluntatis. Et rñdens dicit ꝙ hoc ideo: quia non
ſunt eiuſdẽ generis cũ actibus volũtatis eo ꝙ non
oꝛdinant̃ ad aliquid ↄcupiſcendũ: adipiſcẽdũ: vel
nõ admittendũ: ſicut actus voluntatis. Aliquando
tamẽ actibus aliarũ potẽtiarum vitioſe hõ abutit̃.
¶ Tertia ꝑpoſitio eſt hec: Non eſt idem actus quo
volũtas bonũ eligit ꝛ malũ reſpuit. Hanc magiſter
ꝓbãs querit. Utrũ eadẽ ſit volũtas que naturaliter
vult bonũ ꝛ repugnat malo. Et rñdens dicit duas
circa hoc eſſe opiones. quarũ vna dicit nõ eẽ eãdem
voluntatẽ vtrobiqꝫ: qꝛ vtrobilibet nõ eſt idẽ motus
voluntatis. Unus enim eſt naturalis quo naturali-
ter vult bonũ: ꝛ ille competit homini a natura ſeu a
ſui conditione. Alius võ quo repugnat malo eſt vo-
lũtarius nõ pure naturalis: ſed competens homi-
ni inq̃tũ eſt per gratiam a ſeruitute peccati libera-
tus. Alia eſt opinio que dicit ꝙ ſit idẽ motus volun-
tatis vtrobiqꝫ. ſed magiſter nullam harũ opinionũ
pre alia determinat. Et tantum in ſpeciali.

Diſt. XL.

¶ An ex fine omnes actus penſari debeant: vt ſim-
pliciter boni vel mali dicantur. a

Qualiter ex ꝓuitate voluntatis fiat depꝛauatio in actu exteriori: oñdẽs ex oppoſito quõ ex rectitudine itentionis hẽat fieri opus bonum.

Quid actus ſimpl'r boni dicẽdi ſunt

Qui ſimpl'r mali.

Poſt hec de acti-
bus adijciendũ vꝫ: Utrũ ꝛ ipſi ex
fine ſicut volũtas penſari debeãt
boni vel mali: Lꝫ enim ſm quoſdã
oẽs boni ſint inquantũ naturaliter ſunt: non
tamen abſolute dicendi ſunt omnes boni: nec
omnes remunerabiles: ſed quidam ſimplici-
ter mali dicuntur: ſicut ꝛ alij boni. Nam ſim-
pliciter ac vere ſunt boni illi actus qui bonam
habent cauſam ꝛ intentionem: ideſt qui volũ-
tatẽ bonam comitant̃: ꝛ ad bonũ finem ten-
dunt. Mali vero ſimpliciter dici debent: q̃ ꝑ-
uerſam habent cauſam ꝛ intẽtionem. Unde
Ambꝛo. ait: Affectus tuus operi tuo nomẽ
imponit. Et Aug. ſup pſal. 31. Nemo cõpu-
tet bona opera ſua ante finẽ. Ita enim viden-
tur mihi eſſe vt magne vires ꝛ curſus celerri-
mus preter viã: qꝛ vbi ipſa fides non erat bo-
num opus nõ erat. Bonũ enim opus inten-
tio facit: intentionẽ fides dirigit. Non valde
attendas quid hõ faciat: ſed quid cũ facit at-
tendat: qui lacertos optime gubernatiõis di-
rigat. His teſtimonijs inſinuari videtur ex af-
fectu ꝛ fine opera bona eẽ vel mala. Quibus

Matth. 7.

conſonat qđ veritas in euãgelio ait: Non po-
teſt arboꝛ bona fructus malos facere: neqꝫ ar-
boꝛ mala fructus bonos facere. Nomine ar-
boꝛis non natura humane mẽtis ſed volũtas
intelligitur: q̃ ſi mala fuerit: non bona: ſed ma-
la opera facit. Si vero bona fuerit: bona non
mala opera facit.

¶ Utrũ omnia opera hominis ex affectu ꝛ fin eſſint
bona vel mala. b

Sed queritur. Utrum
omnia opera hoĩs ex affectu ꝛ fine ſint bona
vel mala. Quibuſdã ita vꝫ eſſe qui dicũt oẽs
actus eẽ indifferẽtes vt nec boni nec mali per
ſe ſint: ſed ex intentione bona bonus: ꝛ ex ma-
la malus ſit omnis actus. Scdm quos quili-
bet actus poteſt eſſe bonus ſi bona intentiõe
geratur. Alijs aũt videt̃ ꝙ quidã actus in ſe
mali ſint: ita vt nõ poſſint eſſe niſi peccata: et
ſi bonã habeant cauſam. Et quidam in ſe bo-
ni ita vt ꝛ ſi malam habeant cauſam: non tñ
boni eſſe deſinãt. Quod teſtimonio Augu.
cõfirmant: qui dicit bonũ aliquãdo non bene
fieri. Qđ enim quis inuitus vel neceſſitate fa-
cit: nõ bene facit: qꝛ nõ bona facit intentione
vt ait Auguſtinus ſuper Joannẽ. Seruilis
inquit timoꝛ nõ eſt in charitate: in quo q̃uis
credatur deo: nõ tamẽ in deum: ꝛ ſi bonum fi-
at non tamẽ bene. Nemo enim inuitus bene
facit etiam ſi bonum eſt qđ facit. Ecce habes
ꝙ aliquis non bene facit illud qđ bonum eſt.
Facit ergo qđ bonum eſt intentione non bo-
na. Ideo aſſerunt illi quedam opera eſſe talia
que ſic bona ſunt ꝙ mala eſſe nõ poſſunt quo-
cũqꝫ modo fiant: ſicut econuerſo quedam ſic
ſunt mala vt non poſſint eſſe bona quacunqꝫ
ex cauſa fiant. Alia autem eſſe opera que ex fi-
ne vel cauſa bona ſunt vel mala ꝛ ad illa refe-
runt ſanctorum teſtimonia: quibus ex affe-
ctu vel intentione iudicium operum penſa-
ri dicunt. Tripartitam edunt iſti differentiã
actuum.

Opinio q̃rũdaꝫ q̃ dicũt oẽs actus indifferentes.

Alioꝛũ opinio que tripartitã diuidit actuũ

¶ Aliter Augu. ſentire videtur qui dicit opera ho-
minis eſſe bona vel mala ex intentione ꝛ cauſa: ꝑ-
ter quedam que per ſe peccata ſunt. c

Sed Auguſtinus eui-
dẽtiſſime docet ĩ libꝛo ↄtra mendaciũ omnes
actus ſm intẽtionẽ ꝛ cauſam iudicandos bo-
nos vel malos: ꝑter quoſdam qui ita ſunt ma-
li vt nunq̃ poſſint eſſe boni: etiam ſi bonam
videant̃ habere cauſam. Intereſt inquit plu-
rimum: qua cauſa: quo fine: qua intentione
quid fiat. Sed ea que cõſtat eſſe peccata: nul-
lo bone cauſe obtentu: nullo quaſi bono
fine: nulla velut: bona intentione facienda
ſunt. Ea quippe opera hominum ſi cauſas
habuerint bonas vel malas: nunc ſunt bo-
na: nũc mala que non ſunt per ſeipſa peccata
ſicut victum pꝛebere pauperibus bonum ẽ: ſi

ſit cauſa miſericordie cum recta fide: ⁊ concubitus ꝯiugalis qñ ſit cauſa generandi: ſi ea ſide fiat vt gignant̄ regenerandi. Hec rurſus mala ſunt ſi malas habeant cauſas: velut ſi iactantie cauſa paſcit̄ pauper: aut laſciuie cauſa cum vxore ꝯcūbitur: aut filij generent̄ non vt deo ſed vt diabolo nutriant̄: cum ꝟo opa ipſa per ſe pctā ſunt vt furta: ſtupra: blaſphemie quis dicat cauſis bonis eſſe facienda: vel pctā nō eſſe vel qđ ē abſurdius iuſta peccata eſſe. Quis dicat furemur diuitibus vt habeamus quid demus paupibus: aut falſa teſtimonia proferamus: nō vt inde innocentes ledantur ſed potius ſaluentur: Duo eniꝫ bona hic ſunt: vt inops alatur: ⁊ innocens non puniatur. Aut quis dicat adulteriuꝫ eſſe faciendum vt per illā cum qua ſit hō de morte liberetur. Teſtamēta etiam vera cur non ſupprimimus ⁊ falſa ſupponimus ne hereditates habeāt qui nihili boni agunt: ſed hi potius q̄ indigentes adiuuant. Cur nō fiant illa mala propter hec bona: ſi ꝓpter hec bona nec illa ſunt mala. Cur nō ab immundis meretricibus quas ditāt ſtupratores: rapiat diuitias vir bonus vt indigētibus eas largiat̄ cū nullum malū malum ſit ſi pro bono fiat. Quis hoc dicat niſi qui res humanas moreſqꝫ conatur ⁊ leges ſubuertere. Quod eni facinus nō dicat̄ recte fieri poſſe nec impune tātuꝫ veruꝫ etiaꝫ glioſe: vt in eo nō timeat̄ ſuppliciuꝫ ſed ſperet̄ ⁊ premiuꝫ: ſi ſemel ꝯſenſerimus in malis actib⁹: nō quid fiat ſed quare fiat eſſe querendum: vt queciīqꝫ pro bonis fiunt cauſis: nec ipſa mala eſſe iudicent̄. At iuſtitia merito punit eum qui dicit ſe ſubtraxiſſe ſupflua diuiti vt preberet pauperi: ⁊ falſariuꝫ qui alienum corrumpit teſtamentuꝫ: vt is eſſet heres qui faceret elemoſynas largas: tamen ille qui nullas: ⁊ eum qui ſe feciſſe adulteriū oſtēdit: vt per illam cum qua fecit hoiem de morte liberet. Sed diceret aliquis: ergo equandus ē fur quilibet furi qui volūtate miſericordie furatur? quis hoc dixerit? Sed hoꝝ duoꝝ nō ideo quiſq̄ eſt bonus: qꝛ peior eſt vnus. Peior enim eſt qui cōcupiſcendo q̄ qui miſerando furatur: Sed ſi furtuꝫ omne peccatū ē: ab omni furto abſtinēdū eſt. Quis enim dicat eſſe peccādum etiā ſi aliud ſit grauius: aliud leuius pctm̄. Nūc aūt querimus quis actus pctm̄ ſit vel nō: nō qđ grauius ſit vel leuius. Intende lector ꝓpoſitis verbis tota mentis ꝯſideratione: que non inutilē habēt exercitationeꝫ: ⁊ dinoſces quis actus ſit pctm̄. qui. ſ.

Nō tm̄ q̄re ſed ēt qd fiat attendendum eſt.

Peior q̄ cōcupiſcendo q̄ꝫ q̄ miſerādo furatur.

malā habeat cauſam: nec ille tm̄: qꝛ ſunt nonnulli actus qui ⁊ ſi bonā habeāt cām: tm̄ peccata ſunt vt ſupra poſitū eſt. Ex quo cōſequi videt̄ qꝛ nō ſemꝑ ex fine iudicat̄ voluntas ſiue actio mala ſicut in illis que ꝑ ſe pctā ſunt. Illa enim cum quis geſſerit pro aliqua bona cauſa bonum videt̄ habere finem: nec ex fine voluntas eſt mala: nec ex voluntate actio ſit mala: ſed ex actione voluntas ſit praua. In q̄bus aliqui ponūt actum iudeoꝝ qui crucifigendo chriſtuꝫ arbitrabant̄ ſe obſequiū p̄ſtare deo: qꝛ bonum finem dicūt eos ſibi poſuiſſe. ſ. dei obſequiū: ⁊ tm̄ voluntateꝫ eoꝝ ⁊ actionem peruerſam fore aſſerūt. De bonis autem nulla ſit exceptio in premiſſis verbis Aug. quin omis voluntas bona ex fine ſit bona: ⁊ ex fine ⁊ voluntate ois actio bona: bona eſt. Sed nō ois mala voluntas ex fine mala eſt: nec omis mala actio ex fine ⁊ voluntate mala eſt: ⁊ ois qui hēt malam cauſam mala eſt: ſed non ois que bonam cauſam habet bona eſt. Ideoqꝫ cum ex affectu dicitur nomē imponi operi: in bonis operib⁹ generalr̄ vera eſt hec regula: ſed in malis excipiunt̄ illa que per ſe mala ſunt. Omnia ergo bois opera ſecūdū intentionem ⁊ cām iudicant̄ bona vel mala: exceptis his que per ſe mala ſunt. i. que ſine preuaricatione fieri nequeunt.

Intra ea q̄ act⁹ mali ſūt qdā ponunt actū iudeorum.

℄ Quidā dicūt p̄dicta nō poſſe fieri bono fine. D

Que tamē qdā cōtēdūt

nunq̄ hēre bonā cām. Qui eni aliena furat̄ vt pauperibus tribuat: nō ꝓ bono (vt aiūt) furat̄. Nō enim bonū eſt aliena pauperibus erogare. Qui enim de rapina ſacrificiuꝫ deo offert: idem facit vt ait auctoritas ac ſi filium in conſpectu patris victimet: vel ſacrificium carnis deo offerat. Abomiabilis nēpe deo eſt impioꝝ oblatio. Ita etiā ⁊ hoiem ꝑ adulterium a morte liberare malum eſſe dicūt. Et ſi eni bonum ſit hoiem a morte liberare tm̄ ſic hoiem liberare: malum fore aſſerunt. Ideoqꝫ Aug. in ſuperiorib⁹ dicunt tēperaſſe ſermōeꝫ cauteqꝫ locutū vbi ait: Ea que cōſtat eſſe peccata: nullo quaſi bono fine: nulla uelut bona intētione facienda. Nō enim ſimplr̄ dixit bono fine ⁊ bona intentione: ſꝫ addidit q̄ſi ⁊ uelut qꝛ talia non fiunt bono fine ⁊ bona intentione: ſed intētiōe que uidet̄ bona: ⁊ fine qui putat̄ bonus: ſed non eſt. Nec ideo accepit Aug. iſta ut aiunt quin cauſas habeant malas. Sed quia cauſas habent qua uidentur bone: ſunt tamen male.

Q nō fiant bono fine notat̄ ex verbis Augu.

¶ Iſta eſt diſtinctio .40ª huiꝰ ſcdī libri: In qua magiſter poſtq̄ egit de pctō actuali in ſe ⁊ quomō ſit in volūtate ſicut in ſua radice. Incipit agere de vitio ramoꝝ ex radice pcedente .i. de vitio operū exiſtētium a volūtate. Et tria circa hoc facit. Primo eniȝ inquirit an actus iudicandi ſint boni ex fine. Scdo an oēs actus iudicandi ſint boni ex fine. Tertio an mali excuſant̄ per hoc q̄ ſiūt boni finis intentione. Primū facit a principio vſq̄ ibi (Sȝ querit̄ vtruȝ.) Scdȝ vſq̄ ibi (Que tn̄ quidā.) Tertium vſq̄ ad finem diſtinctionis. Et tātū in gnāli: In ſpāli ſnīa magiſtri ſtat in tribus ppōnibꝰ. quarum prima eſt hec. ¶ Lȝ exteriores actꝰ inquātum ſunt boni reputentur tn̄ moraliter boni vel mali iudicant̄ ſm q̄ ex recta volūtate vel inordinata oriunt̄. Hanc propoſitionem magiſter ponens dicit: q̄ lȝ oēs actus exteriores ſint boni inquantū ſunt tn̄ iudicant̄ moraliter boni vel mali ſm q̄ ex bona vel mala intētione procedunt: ita q̄ illi ſimplr̄ boni vel mali dici debent qui bonā ⁊ rectā habēt cauſam ſeu intentionē. id eſt ad bonum finem tendūt. Mali vō ſimplr̄ dici debent. qui ex peruerſa intētione pcedunt: qd̄ pbat auctoritate bti Ambroſij. ⁊ per illud euāgelij. Non poteſt arbor bona malos fructus facere: nec econuerſo arbor mala bonos fructus facere. ¶ Secūda ppoſitio eſt hec: Non omnes actus humani per bonam voluntatē ſunt rectificabiles. Hanc magr̄ probans querit: Utrum vniuerſaliter ſit verum q̄ oēs actus habēt exteriorē malitiā vel bonitatē a voluntate: Et ridens dicit de hoc eſſe varias opiniones. Nam quidam contendunt q̄ oēs actus exteriores ſint de ſe indifferētes: ⁊ ergo gn̄aliter capiunt ſuam bonitatē vel malitiaȝ a voluntate ex qua pducunt̄. Alij vō dicunt nō oēs fore idifferentes: ſed aliquos eſſe de ſe bonos ⁊ illos dicunt nō recipere abſolute ſuam bonitatē a voluntate: ⁊ dicunt etiā tales abſolute nō poſſe recipere malitiā ſuam a volūtate. Aliquos vō ecōuerſo in ſe eſſe malos dicunt qui etiam ſuam malitiā nō habeant a voluntate: ⁊ tales etiaȝ dicunt ſuam bonitatē nō poſſe recipere a voluntate. Aliquos dicūt eſſe indifferētes: ⁊ tales ſolū ſunt qui recipiant ſuam malitiaȝ ſeu bonitatē a voluntate. Tertij aūt quibꝰ magiſter videt̄ ɔſentire dicunt oēs actus exteriores a voluntate poſſe recipere bonitatem vel malitiam ſoluȝ illis exceptis qui de ſe ſunt mali: qꝛ tales per voluntatē fieri boni non poſſunt. ¶ Tertia ppoſitio eſt hec: Malum pia intentione pductum nequaq̄ iudicat̄ bonum. Hanc ponens magr̄ dicit actus de ſe malos nunq̄ poſſe habere bonaȝ cauſam. Ad qd̄ adducit plura exempla quibus concludit q̄ furtum factū vt pauperi ſubueniat̄: vel rapina facta vt deo offerat̄: adulterium perpetratum vt homo a morte liberet̄: ⁊ alia huiuſmodi: hi actus lȝ cauſas habeant que vident̄ eſſe bone: ſunt tamē mali: Et tantum in ſpeciali.

¶ An ois itētio vl̄ actio eoꝝ q̄ caret fide ſit mala. a

Diſt. XLI

Qualiter ex obliq̄tate intētiōis hēat fieri opꝰ malum.

Cunque intētio

(vt ſupra dictū ē) bonū opus faciat: ⁊ fides intētionē dirigat nō imerito q̄ri pōt: vtrū ois intētio oēq3 illoꝝ opꝰ malū ſit q̄ fidē nō hn̄t: Si eni fides intētionē dirigit: ⁊ intētio bonū opꝰ facit vbi nō ē fides: nec intētio bona nec opꝰ bonū eē vī. Q̄d̄ a q̄buſdā nō irrōnabilr̄ aſtruit̄

Quidaȝ dicūt oēs actiones hoīs ſine fide eē malas q̄ in fide bōe ſūt.

qui dicūt oēs actiones ⁊ voluntates hoīs ſine fide malas eſſe que fide habita bone efficiunt. vn̄ apl̄s ait: Oē q̄d nō eſt ex fide peccm̄ eſt. Quod exponēs Augꝰ ait. Ois īfideliū vita peccatū eſt ⁊ nihil bonū eſt ſine ſummo bono: vbi deeſt agnitio eterne veritatis: falſa virtus eſt etiā in optimis moribꝰ. Et Jacobus in epl̄a cano. ait. Qui offendit in vno ſcilȝ in charitate factꝰ eſt oīum reꝰ. Qui ergo fidē ⁊ charitatē nō hēt: ois eiꝰ actio peccatū eſt: qꝛ ad charitatē nō refert̄. Q̄d̄ eni ad charitatē nō refert̄ (vt ſupra meminit aug.) nō fit quēadmodū fieri opȝ. ideoq3 malum eſt. Nō ergo mādata cuſtodit: qui charitate caret: qꝛ ſine charitate nullum mādatoꝝ cuſtodit̄. vn̄ Augꝰ ſup eplāȝ ad Gal. ait: Cuſtoditionē legis dicit apl̄s: nō iebriari: non occidere: non mechari: ⁊ alia huiuſmodi ad bonos mores pertinētia que ſine charitate fide ⁊ ſpe impleri nō pn̄t. Nullum ergo mādatuȝ iplet nulluȝ bonuȝ opꝰ facit. qui fidē charitatē nō hēt. Impoſſibile eſt eni (vt ait apl̄s) ſine fide ad aliq̄d placē deo. Que ergo ſine fide fiunt bona nō ſunt: quia omne bonum placet deo.

Rom. 14.

In li. ſnīaꝝ proſperi.

Jacobi. 2.

Auctibus. muniūt ſuā opinionē.

Q̄ ſine charitate nō cuſtodiuntur mandata.

Heb. 11.

¶ Que premiſſe ſententie obijciuntur ex verbis Auguſtini. b

His aūt obijcitur quod

ſupra dixit augꝰ. ſ. q̄ i ſuili timore: ⁊ ſi bonū fiat nō tn̄ bene. Nemo eni īuitꝰ bn̄ facit etiaȝ ſi bonū eſt quod facit. Hic eni dicit bonuȝ fieri: ſed nō bn̄ ab illo qui charitatē non habet. Qui enim ſeruilr̄ timet: charitate vacuus eſt de quo tn̄ hic dicit: qꝛ bonū facit: ſed non bn̄. Qui etiā ſup illū locū pſal. Turtur iuenit ſibi nidum vbi reponat pullos ſuos: dicit q̄ in dei heretici ⁊ pagani opa bona faciunt qꝛ veſtiunt nudos ⁊ paſcūt paupes ⁊ huiuſmodi: ſed nō in nido eccl̄ie. i. in fide: ⁊ iō ɔculcant̄ pulli eoꝝ. Quibꝰ illi rn̄dēt dicētes bona opa appellari huiuſmodi que ſine charitate fiunt: non qꝛ bona ſint qn̄ ſic fiunt: quod euidenter ſupra Augꝰ docuit: ſed quia bona eſſent ſi aliter fierent: que in ſuo genere ſunt bona: ſed ex affectu fiunt mala.

Pſal. 83.

Qualiter ad hec illi reſpondeant.

¶ Alioꝝ ſentētia de premiſſa q̄ōne qua querebatur ſi ois actio eoꝝ mala eſt qui fidem nō habent. c

Alij vero qui tripharia

diſtictionē actuū faciūt: opa cūcta q̄ ad nature ſubſidiū ſiūt ſemp bona eſſe aſtruūt. Sȝ q̄ Aug. mala eſſe dicit: ſi malas habeāt cās: nō ita accipiēdū ē q̄ſi ipſa mala ſint ſȝ qꝛ peccant

De ſnīa t p̄dicta verba Auguſtini

⁊ mali ſunt qui ea malo ſine agūt. Jtē ⁊ illō
aliud. ſ. bonū op⁹ itētio facit: ⁊ itētionē ſides
dirigit: determiant dicētes ibi bonū vocatuꝫ
ꝙ remūerabile ē ad vitā: nō ꝙ illud ſit ſolū bo
Quib⁹ modis dicatur bonum. nū op⁹: imo ēt alia pl'a: ꝫ non ea rōne q̄ illud
ſint bōa. Bonū eni multiplr accipit. ſ. p vti
li: pro remūerabili: pro ſigno boni: pro ſpecie
boni: pro licito ⁊ alijs forte modis. Solaqꝫ
illa intētio remunerabilis eſt ad vitā quaꝫ fi
des dirigit: ſed nō illa ſola bona eſt vt aiunt.
Nā ſiqs iude⁹ vel malus chriſtian⁹ neceſſita
tem ꝓximi releuauerit nāli pietate ductus: bo
nū fecit: ⁊ bona fuit voluntas qua illud fecit.

¶ Hic ponit quedam Aug. capitula que retractauit: nō q̄ſi praue dicta. ſꝫ quo ſenſu dixerit inſinuās. d

Poſt hec iueſtigari opꝫ

Capꝫ pᵐ. q̄lit' itelligēdū ſint qō aug. ait i li. de vā relig.
Uſqꝫ adeo iquit peccatū volūtariū malꝫ ē:
Retractatio Augu. geminā cōtinens determinationē. vt nullo mō ſit pctm̄ ſi nō ſit voluntarium. Hu
ius dicti rōnem Aug. apiēs in li. retrac. dic.
Pōt videri falſa hec diffinitio: ſꝫ ſi diligēter
diſcutiat' iuenit' eē veriſſima pctm̄ q̄ppe illud
cogitādū ē qō tm̄mō pctm̄ eſt nō qō ē ēt pe
na pcti. ſ. pctm̄ primū hoīs qō fuit pctm̄ ⁊ cā
pcti: ſꝫ nō pena: Quāuis ⁊ illa que nō volun
taria pctā nō imerito dicunt': q: vel a neſciēti
b⁹ vel a coactis ꝑpetrant': nō oi mō pñt ſine
volūtate cōmitti: qm̄ ⁊ ille q̄ peccat ignorans
volūtate vtiqꝫ facit: qō cū faciēdū non ſit: pu
tat eē faciendū: ⁊ ille qui ꝯcupiſcēte aduerſus
ſpm̄ carne: nō ea que vult facit: ꝯcupiſcit q̄deꝫ
nolēs ⁊ in eo nō facit qō vult: ſꝫ ſi vincit' ꝯcu
piſcētie ⁊ ꝯſentit volēs. ⁊ i eo nō facit niſi qō
vult: ⁊ illud qō in ꝑuulis eſt originale pctm̄:
ex pᵐa hoīs volūtate mala ꝯctū eſt. Non ita
qꝫ falſum eſt quod dixi: vſqꝫ adeo peccatū vo
luntariū eſt ⁊c̄. ¶ Ecce q̄liter accipiēdū ſit il
lud. ſ. vel de primo pctō hoīs vel de oib⁹ gñā
liter pctis mortiferis: quoꝝ ꝫ quedā dicant'
nō volūtaria: que. ſ. ꝑ ignorātiā vel ꝑ infirmi
tatē fiunt: eadē tm̄ ea rōne pñt dici volūtaria:
quia ſine voluntate non committuntur.

¶ Aliud capitulum. e

Illi⁹ ēt itelligētia ꝑqui

Retractatio Augu. rēda eſt qō in li. de duab⁹ aiab⁹ edidit iquiēs.
Nuſq̄ niſi i volūtate peccatū eſt. Qō ēt i li.
retrac. plane determinat dicens: Pōt putari
iſta falſa eſſe ſnia qua diximus: Nuſq̄ niſi in
Rom. 7. volūtate eē peccatū cū apl's dicat. Qō nolo
hoc facio ⁊c̄. Sed peccatū qō nuſq̄ eſt niſi in
volūtate: illud ꝓcipue itelligēdum eſt: ꝙ iuſta
Aliō capꝫ dānatio ꝯſecuta ē. i. pᵐū hoīs pctm̄. ¶ In
eodē quoqꝫ li. de duab⁹ aiab⁹ aliud tradidit
ꝯſideratiōe dignū. ait eni. Nō niſi voluntate
peccat': ipſamqꝫ volūtatē diffinit dicēs. Uo
luntas eſt animi mot⁹ cogēte nullo ad aliq̄d
vel nō admittēdū vel adiſpiſcēdū. Hui⁹ dicti
cām apiēs ⁊ itelligētiā pādēs in li. retrac. ait Retractatio Augu.
Hoc ꝓpterea dictuꝫ eſt: vt hac diffinitiōe vo
lēs a nolēte diſcerneret': ⁊ ſic ad illos referret'
itētio: q: in ꝑadiſo fecerunt originē mali nul
lo cogēte peccādo. i. libera voluntate: q: ⁊ ſci
entes ꝯtra ꝓceptū fecerunt: ⁊ ille tētator ſua
ſit vt hoc fieret: nō cogit. Nam qui neſciens
peccauit non incōgruēter nolēs peccaſſe dici
pōt: q̄uis ⁊ ipſe quidē neſciens fecit: volēs tm̄
fecit. Jta nec tale pctm̄ ſine voluntate eſſe po
tuit: ſed voluntas facti ibi fuit: nō pcti volun
tas: quod tm̄ factū fuit pctm̄: hoc enim factuꝫ
eſt qō fieri nō debuit. Quiſq̄s aūt ſciēs pec
cat: ſi pōt cogenti ad pctm̄ ſine pctō reſiſtere:
nec tm̄ facit vtiqꝫ volens peccat: q: qui pōt re
ſiſtere non cogit' cedere: quapropt' pctm̄ ſine
voluntate eſſe nō poſſe veriſſimuꝫ eſt. Ex his
liquet qualiter ſuperiora accipienda ſint.

¶ Qꝫ mala voluntas eſt voluntarium peccatum. f

Si aūt oē pctm̄ morta

le volūtariū ē cū voluntas mala pctm̄ ſit mor In lib. de libero arbi.
tale: ꝯſtat ipſam eē voluntariuꝫ pctm̄. Quid
enim vt ait aug. tam in voluntate ꝙ ipſa vo
luntas ſita eſt. Uoluntas itaqꝫ mala recte vo
luntariuꝫ dr̄ pctm̄: q: i voluntate ꝯſiſtit. Uo
luntas quippe (vt ait Aug. in eodē) eſt pri
ma cā peccādi: aut nullum pctm̄ eſt prima cā
peccādi: nec eſt cui recte imputetur pctm̄: niſi
peccāti. Non ergo eſt cui recte imputet' niſi
volūtati. Hoc autē de pctō actuali ⁊ mortali
intelligēduꝫ eſt. Neqꝫ his verbis aliud voluit
oſtēdere Aug. vt ipſe ait in retractatiōib⁹ niſi
q: voluntas eſt qua peccat' ⁊ qua recte viuit'.

¶ Iſta eſt diſtictio. 41ª hui⁹ ſecūdi libri. In qua magiſter oſtēſa rectitudine ⁊ vitio humanoꝝ actuum ex pte finis ordinātis: facit idē ex pte pncipii mouētis. Et tria facit. Pᵐo inqrit an ois act⁹ nō recta intētione fact⁹ ſit pctm̄. 2° an oē peccatū debeat dici volūtariū. 3° ex predictis ꝯcludit qōdā correlariuꝫ. Primū vſqꝫ ibi (Poſt hec inueſtigari opꝫ.) Scdm vſqꝫ ibi (Si aūt oē pctm̄.) Tertiū vſqꝫ ad fineꝫ diſt. In ſpāli ſnia magr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpōnib⁹. q̄rū pª eſt hec ¶ Et ſi īfideles q̄ſqꝫ faciāt bona opa exteriora nō tm̄ agūt bn̄: ⁊ iō nō ſunt meritoria. Hāc magr̄ ponēs q̄rit. Cū fides itētionē dirigat: ⁊ act⁹ tā interior ꝙ exterior ob intentione maliciā aut bonitatē hēat. Utrū g̃ ois act⁹ īfideliū qui fide nō dirigunt' pctm̄ exiſtat? Et arguit ꝓ ꝙ ſic. Tum q: apl's dicit: Oē qō nō ex fide ē peccatū ē. Tū q: act⁹ īfideliū ad fineꝫ q̄ eſt charitas dei ⁊ ꝓximi nō refert'. In oppoſitū vō arguit auctē. b. Aug. dicētis: Infideles multa bona

Digitized by Google

opa operi. Quã vīũ magiſ ſequēs dicit infideles mul
ta bona opera opari. ſ. bona de ſuo gñe: ſʒ p talia nō
pñt mereri. Addēs bonū dici multiplr. Nam aliqñ
bonū dr̄ illud qđ eſt licitū: ⁊ aliqñ illud qđ eſt vtile.
Aliqñ dr̄ illud qđ eſt ſignū boni: vl̄ qđ hʒ ſpēʒ boni.
Aliqñ dr̄ illud qđ eſt remunerabile: vel illud qđ eſt
remuneratiōe dignū. Primis trib⁹ modis pñt īfide
les bonū operari: ſed 4⁹ mō non: eo φ carent fide.
¶ Scđa ppō eſt hec: Nullū pctm̄ eſt demeritoriuʒ
qđ nō ſit quodāmō volūtariū. Hic magiſter ponēs
querit. Utrū oē peccatū ſit volūtariū: Et dicit φ ſic.
Nam in pctō originali ⁊ in pctis ex ignorātia factis
⁊ in oī pctō actuali ſeu veniali ſeu mortali aliq̄ mō
voluntas ɔcurrit qđ ɔfirmat aucte. b. Aug. ¶ Ter-
tia ppō eſt hec: Intātū libere ⁊ volūtarie ꝗs opatur
φ etiā ipſa mala voluntas qua peccaŧ: pctm̄ noiaŧ.
Hic magiſ ponēs dicit peccatū adeo eē volūtariū: φ
nō ſolū act⁹ pcti peccatū dr̄: ſʒ ipſa volūtas ē q̄ actua
liter peccatur peccatū appellaŧ: qđ pbat per beatuʒ
Augⁿ: Et tantum in ſpeciali.

¶ An voluntas ⁊ actio mala in eodem hoīe ⁊ circa eandem rem ſint vnum peccatum an plura. a

Diſt. XLII. Deſcendit ad ſpāles. drias pecca ti in cōi.

Cum aūt volun/

tas mala ⁊ opatio ſint pctm̄ q̄ri
ſolet: vtꝝ i eodē hoīe ⁊ circa eādē
rē hec duo vnū ſint pctm̄ vl̄ diuer
ſa: vt ſiquis volūtate furaŧ: volūtatē hñt ma
lā: q̄ pctūʒ ē ⁊ actū malū q̄ itē pctm̄ ē. Hec āt
duo diuerſa ſunt. ſ. volūtas ⁊ actio. Sʒ nūq̄d
diuerſa ſunt pctā an vnū: Quidā dicūt vnuʒ
eē pctm̄: alij vō dicūt diuerſa eē pctā. Quia
cū cōſtet hec duo eē diuerſa: aut diuerſa duo
pctā dñr: aut duo diuerſa nō pctā: Quibus
alij rñdēt: hec duo diuerſa eē pctā nō plura.

Oplo ɔtra il los q̄ dicūt vnum eſſe peccatū.

Reſponſio.

Nō eni pl̄a pctā ſunt: ſʒ pctm̄ vnū: q̄ vna p̄
uaricatio vel iobediētia in vtroqʒ admittiŧ:
ſiue qñ vult: ſiue qñ agit: ⁊ vnus ē ibi ɔtēpt⁹:
ſʒ mioꝛ cū in volūtate ſolū pctm̄ cōtineŧ: ma
ioꝛ vō cū volūtati ēt opatio additŧ: ⁊ iō mai⁹
ſit pctm̄: ſʒ nō pl̄a cū volūtas opi māciparŧ.

¶ Alia contra eoſdem oppoſitio. b

Sed adhuc eiſdē obij/

ciŧ: Si vnū tm̄ illa duo pctm̄ ſūt: cū q̄s volū
tate mala pri⁹ ɔcepta deide opus patrauerit:
nō p aliquo reus ē: niſi p quo añ op⁹ re⁹ erat
cū adhuc i ſola volūtate pctm̄ ɔſiſtebat. Nul
lus eni re⁹ ē eterne mortis: niſi p pctō ſʒ pctm̄
aliud nō eſt admiſſum actiōe φ prius admiſ
ſum erat volūtate. Nō ergo p aliquo alio iſte
ſit dānabilis actu peccādo: φ añ fuerat cū ſo
la voluntate delinquebat. Ad hoc ēt ⁊ illi rñ

Reſponſio.

dent dicētes ppter pctm̄ quidē tm̄ illuʒ fureʒ
reum ɔſtitui: φuis eius volūtas ⁊ actio vnuʒ
ſint pctm̄: p alio tñ reus factus ē actu peccan
do φ prius erat ſola voluntate delinquendo:
q̄ p actu qui eſt aliud φ voluntas: licet non
aliud peccatum.

¶ Alia aduerſus eoſdem obiectio. c

Itē ⁊ adhuc q̄ōni iſtāt

dicētes hec duo iō diuerſa eē pctā: q̄ diuerſo
rū legis mādatoꝝ p̄uaricatiōes ſūt. Alio. n.
mādato legis pbibeŧ actio furti. ſ. nō furabe
ris: alio furādi volūtas. ſ. nō ɔcupiſces rē p
ximi tui. Cū aūt hec duo diuerſa mādata ſint
q̄b⁹ illa duo pbibenŧ: pʒ illa duo diuerſas eē
p̄uaricatiōes: diuerſa igiŧ pctā. Ad qđ ēt illi
dicūt diuerſa q̄deʒ eē mādata: quib⁹ illa duo
diſtincti ʒ pbibētur: vt Aug. docet ſup Exo.
Uerūtñ in illis nō obſeruatis vna tm̄ p̄uari
catio icurriŧ vnūq̄ʒ ɔbiŧ pctm̄: ſʒ duo diuer
ſa illis pbibeanŧ. Sicut econuerſo duo ſunt
mādata charitatis: quib⁹ duo p̄cipiunŧ dili
gi: vna tñ in eis nobis cōmendaŧ charitas.

Reſponſio.

¶ Si pctm̄ ab aliq̄ admiſſuʒ i eo ſit q̄uſqʒ pēiteat. d

Preterea ſolet q̄ri cum

ab aliquo ppetrato volūtate pctō volūtas id
agēdi ⁊ actio trāſierit: nōdū tñ vō a hita pnia
vtrum illud pctm̄ vſqʒquo peniteat ſit in eo:
Qđ nō eē vī: q̄ volūtas illa q̄ prius fuit nō
eſt neqʒ actio: q̄ neqʒ vult illđ vl̄ agit qđ añ
voluit ⁊ egit. Sʒ nō ē ignorādū pctūm duo
bus modis dici eē i aliq̄ ⁊ trāſire. ſ. actu ⁊ rea
tu. Actu ē in aliq̄ dū ipʒ qđ pctūm ē vt actio
vel volūtas in peccāte ē. Reatu vō cū p eo ſi
ue tranſierit ſiue adſit mens hoīs polluta eſt
coꝛrupta: totuſqʒ homo ſupplicijs obligaŧ
perpetuis: nec vnφ eſt in aliquo peccatum ac
tu preter originale quin ſit etiam reatu: ſed eſt
reatu intelligendum poſt φ tranſijt actu.

Rñſio qđ nis determi natiua.

¶ Quibus modis diciŧ in ſcriptura reatus. e

Reat⁹ in ſcriptura mul

tiplr accipiŧ. ſ. p culpa: p pena: p obligatōe
pene tpalis vl̄ eterne. Si enim mortale ē: obli
gat nos pene eterne: ſi veniale obligat nos pe
ne tpali. Duo eni ſunt gñā pctōꝝ: mortaliū
ſ. ⁊ venialiū. Mortale ē p qđ hō mortē eter
nā mereŧ. Crimē eni vt ait Aug. eſt qđ eſt di
gnū accuſatione ⁊ dānatione. Ueniale aūt φ
hoiem vſqʒ in reatuʒ ppetue mortis non gra
uat: verūtñ penā mereŧ ſʒ facile idulgetur.

Quid ſit. mōtale peccatum.

Quid ſit veniale peccatum.

¶ De modis peccatoꝝ qui multiplr aſſignanŧ. f

Modi autē pctōꝝ vari/

as i ſcriptura hñt diſtictiōes in qua dr̄ pctūʒ
duob⁹ modis cōmitti. ſ. cupiditate ⁊ timore:
vt Aug. tradit ſup illū locū pſal. Incēſa igni
⁊ ſuffoſſa. His eniʒ duobus modis dicit oia
pctā mortalia icludi. Et incēſa ea dicit que ex.

Pñs diſti.

Ps. 79.

cupiditate male icēdēte oriunt᷑. Suffoſſa vo que ex timore male hūiliante ꝓueniūt: qđ eſt qñ qs cupit nō cupiēda vel timet nō timēda.
Scđa diſti. ❡ Alibi vo dr̄ pctm̄ fieri trib⁹ modis.ſ.cogitatu: vbo ⁊ opere. vñ Hiero. ſuper Ezech. Tria gñalia derelicta ſūt qb⁹ hūanū ſubiacet gen⁹. Aut eni cogitatiōe: aut ſmone: aut ope peccam⁹. His aliqñ ēt addit᷑ qrtus modus: ſcilʒ ꝯſuetudinis: qđ in quatriduano Lazaro
Tertia diſt. ſignificatū eſt. ❡ Dicit᷑ quoqʒ hō peccare ī deū: in ſe ⁊ in ꝓximū. In deū cum de deo male ſentit vt hereticus: vel que dei ſunt vſurpare ꝑſumit indigne ꝑticipando ſacr̄is vel qñ nomē dei peierando ꝯtēptibile facit. In proximum peccat: cum proximum iniuſte ledit. In ſe vero cum ſibi ⁊ non alij nocet.

❡ Quomodo differāt delictum ⁊ peccatum. g

Variā quoqʒ appella-

tionē hēt. Dicit᷑ eni pctm̄ ēt delictū. Et delictū fortaſſe ē (vt ait aug. ī qōnib⁹ leuitici) declinare a bono: pctm̄ ē facē malū. Aliđ ē eniʒ decliare a bono: aliud ē facē malū. Peccatū ergo eſt ꝑpetratio mali: delictū deſertio boni qđ ⁊ ipʒ oñdit nomē. Quid eni aliud ſonat delictū niſi derelictū: ⁊ q̄ deliquit: q̄d dereliq̄t niſi bonū. Vel delictū eſt qđ ignorant᷑ fit: peccatū qđ ſciēter cōmittit᷑. Indifferēter tñ ⁊ pctm̄ noie delicti ⁊ delictū noie pcti appellat᷑.

❡ De ſeptem principalibus vitiis. h

Preterea ſciēdū ē ſeptē

eē vitia capitalia: vel principalia vt Greg. ſup Exo. ait.ſ. inanē gl̄iam: irā: inuidiā: accidiā vl̄ triſtitiā: auaritiā: caſtrimargiā: luxuriā: que vt ait Joānes criſ. ſignificata ſunt in ſepteʒ ꝑplis q̄ terrā ꝓmiſſiōis iſraeli ꝓmiſſaʒ tenebāt. De his q̄ſi ſeptē fontib⁹ cūcte aiaꝝ mortiſere corruptele emanāt. Et dicunt᷑ hec capitalia: q̄ ex eis oriuntur oia mala. Nullū eniʒ maiū ē qđ ēt nō ab aliq̄ horū originē trahat.

❡ De ſuperbia que eſt radix omnis mali. i

Ex ſuperbia tamē oia

mala oriūtur ⁊ hec ⁊ alia: q̄ vt ait Greg. Radix cuncti mali ē ſupbia. De q̄ dr̄.
Eccl'. 10. Initiū ois pcti ē ſupbia: q̄ ē amor ꝓprie excellētie. Cui⁹
De quatuor ſpēb⁹ ſuperbie. q̄tuor ſūt ſpēs: vt Greg. ait. Pria ē cū bonū qđ hʒ q̄s ſibi attribuit. Scđa cū credit a deo ea datū: ſʒ tñ pro ſuis meritis. Tertia cū ſe iactat hēre qđ non hʒ. Quarta cū ceteris deſpe
Quod cupiditas eſt radix oium malorum. ctis ſingulr̄r vult videri. Merito ergo radix ois mali dr̄ ſupbia. Huic autē vr̄ obuiare qđ
1. Thimo. vltimo. apl's ait. Radix oium maloꝝ ē cupiditas: q̄ ſi radix oium maloꝝ eſt cupiditas: ḡ ſupbie. Quō ergo ſupbia radix ē ⁊ initiuʒ ois pcti?

❡ Quo ſenſu vtrumqʒ radix dicatur oium maloꝝ.ſ. ⁊ ſuperbia ⁊ cupiditas. k

Sʒ utrūqʒ recte dictuʒ

eē itelligit᷑: ſi gña pctōꝝ ſingulorꝝ nō ſingula generꝝ vtraqʒ locutōe icludi itelligant᷑. nullū quippe gen⁹ pcti eſt qđ interduʒ ex ſupbia nō ꝓueniat. Nullū ēt qđ ex cupiditate aliqñ nō deſcēdat. Sūt eni nōnulli hoiuʒ qui ex cupiditate fiūt ſupbi: ⁊ aliqui ex ſupbia fiunt cupidi. Eſt eni vt ait Aug. hō q̄ nō eēt amator pecunie: niſi ꝑ h̄ putaret ſe excellētiorē eē: idqʒ vt excellat diuitias cupit: tali hoi ex ſuperbia oboritur cupiditas. Et ē aliq̄s qui non amaret excellere: niſi putaret ꝑ hoc diuitias maiores hēe. Iđ ergo excellere laborat q̄ diuitias hēe amat. Huic inaſcit᷑ ſupbia .i. amor excellētie ex cupiditate. Pʒ ḡ ꝙ ex ſuperbia aliqñ cupiditas: ⁊ ex cupiditate aliqñ ſupbia orit᷑: ⁊ iđ de vtraqʒ recte dr̄ ꝙ ſit radix ois mali.

❡ Iſta eſt diſtinctio. 42ᵃ hui⁹ ſcđi libri: In q̄ q̄dem diſtictiōe magr̄ oñſo q̄liter ex ſimplici itētione vl̄ voluntate act⁹ exterior hʒ malitiā vl̄ bōitatē: determiat qōnes q̄ſdam circa ꝑdicta. Et tria circa h̄ fac̄. Prio eni iueſtigat act⁹ exterioris cū pctō ꝯueniētiaʒ. 2ᵒ oñdit q̄liter act⁹ pcti trāſiēs relinq̄t poſt ſe q̄ddā reatuʒ obligationē. 3ᵒ aſſignat varioꝝ pctōꝝ diſtinctioneʒ. Primū facit a ꝑn⁹ diſtictiōis vſqʒ ibi (Preterea q̄ri ſolet:) Scđm vſqʒ ibi (Modi aūt pctōꝝ.) Tertium vſqʒ ad finē diſtinctionis. In ſpāli ſnia magrī ſtat in trib⁹ ꝓpōnib⁹: q̄rū pᵃ eſt hec. ❡ Quāuis voluntas ⁊ act⁹ exterior ſunt duo act⁹ diſticti realr̄ vno tamē nūero ꝯformitate vl̄ diſcōformitate bōi vl̄ mali dicunt᷑ moralr̄. Hāc eni ꝓpōnē magr̄ ponēs q̄rit. Vtrū volūtaʒ mala iterior ⁊ opatio mala exterior ſint duo pctā vel vnū: Et rndēs dicit ꝙ q̄dā dixerunt ꝙ ſint niſi vnū pctm̄. Alij dicūt ꝙ ſint diuerſa pctā: q̄ ſuam opionē ꝯ pᵃᵐ trib⁹ rōnib⁹ ꝓbāt. Prio ſic: Volūtas iterior ⁊ act⁹ exterior ſunt diuſa: aut ḡ ſunt diuſa pctā aut diuſa nō pctā ſed nō ſunt non pctā: q̄ vtrūqʒ eſt pctm̄: ḡ diuſa ſunt pctā. Et rndet magr̄ pᵃᵐ opinionē ſaluās dicēs: ꝙ lʒ ſint duo act⁹ ſunt tñ vnū peccatū: q̄ ambo vnū ꝯtēptū faciunt. 2ᵒ ſic: Si illi duo actus ſunt tm̄ vnū peccatm̄ ⁊ nō diuſa: igit᷑ nō magis debēt puniri q̄ peccāt actu exteriori ⁊ iteriori ſil̄ q̄ q̄ peccāt interiori tm̄: qđ eſt icouenieñs. Vbi magr̄ rndēs dicit ꝙ q̄ peccat ambob⁹ actib⁹ ſil̄ plus punit᷑ q̄ qui peccat iteriori tm̄: nō iđ ꝙ illi duo act⁹ ſint pctā diuſa: ſʒ iđ q̄ ex plib⁹ factū ē peccatū. 3ᵒ ſic diuſis mādatis ꝓhibet᷑ act⁹ ⁊ volūtas interior ⁊ act⁹ exterior. ḡ ſunt diuſa pctā. Et rndēs magr̄ dicit ex diuſitate mādatoꝝ q̄b⁹ illi duo act⁹ ꝓhibent᷑ non poſſe argui ꝙ ſint diuſa pctā: q̄ ſic vna charitas dei ⁊ primi diuſis mādatis ꝑcipit᷑: ſic ēt diuſi act⁹ vnū peccatū faciētes diuſis mādatiʒ ꝓhiberi pñt abſqʒ h̄ ꝙ ſint diuſa pctā. ❡ Scđa ꝓpoſitio eſt hec: Aia per peccatū ſua pulchritudine deſtituta poſt tranſituʒ interiorꝝ ⁊ exteriorum actuum manet corrupta ⁊ polluta. Hanc enim ꝓpoſitionē magr̄ probans querit: Vtrum expleto ⁊ tranſeunte actu tā iteriori q̄ exteriori remanear peccatū. i. reatus culpe in hoie. Et arguit ꝙ nō

Digitized by Google

qꝛ volũtas illa mala pacto actu vitioſo nõ eſt: neq̨
act⁹ exterior eſt: neq̨ hõ vult poſtea qd̾ aũ volebat
neq̨ agit qd̾ ante a egit. Et videt magr̄ ꝙ non ſit du
bitãdũ qn peccatũ trãſeat actu: lꝫ tñ maneat reat⁹. i.
obliget hoĩeꝫ ad penã ſiue eternã ſiue tpalẽ. ¶ Ter
tia ppõ eſt hec: Pctm̃ ſm qd̾ p cõparationem ad di
uerſa varie accipit̃ diuerſimode diſtinguit̃. Hãc p
põneꝫ magr̄ ponẽs dicit: ꝙ peccatũ diuidit̃ q̃tũ ad
ei⁹ radicẽ in duo qd̾ pbat p beatũ Augm̃ dicẽtẽ ſup
illud ps. Incẽſa igni ⁊ ſuffoſa ⁊c. ꝙ ex duob⁹ pecca
tur. ſ. ex cupiditate male incẽdẽte: ⁊ ex timore ma
le hũiliante: ad que duo oĩa pctã mortalia reducũ
tur. Nã oĩs peccãs: aut appetit non appetẽda: aut ti
met nõ timẽda. Alio mõ diuidit̃ peccatũ q̃ntũ ad
ei⁹ actũ ſic p. b. Hiero^m^ ſup Ezech. dicẽteꝫ: ꝙ tripl̾r
peccat̃: aut cogitatione: aut locutione: aut ope. Et
trib⁹ his modis addit. b. Hiero. 4^m^. ſ. aut cõſuetudi
ne. Tertio diuidit̃ peccatũ q̊ ad ei⁹ obiecta ſm qd̾
dici cõſueuit ꝙ peccat̃ q̃ꝗ in deũ. vt cũ aliq̇s male
ſentit de deo per hẽſim vl̾ in alijs que dei ſunt: q̃ꝗ
in primũ: vt cũ eũ in ſe vel in ſuis iniuſte ledit: q̃ꝗ
q̨ tãtũ in ſeipꝫ: vt cũ ſibi ⁊ non alteri nocet. Quarto
diuidit̃ peccatũ quo ad nomẽ q̊ noĩat̃: qꝛ dĩ peccatũ
ſm. b. Aug. rõne male actionis vel qꝛ ſciẽter cõmit
titur. Delictũ vͦo dĩ rõne derelictionis boni qꝛ in q̊
libet pctõ bonũ deſerit̃: ⁊ malũ opat̃: vel etiã quia
ignorãter committit̃. Iſtis enim p̃miſſis magr̄ enu
merat ſepteꝫ pctã mortalia capitalia ideo ſic dicta:
qꝛ oĩa alia cetera pctã ex iſtis ſeptem pctis mortali
b⁹ oriunt̃: que ſignificant̃ p ſeptẽ gẽtes quos dñs ex
pulit p filios iſrl̾ de terra p̃miſſiõis. Et tãtũ in ſpãli.
¶ De pctõ i ſpũꝫ ſcũꝫ qd̾ dĩ etiã peccatũ ad mortẽ. a

Di. XLIII. De vno peccato ſpeciali qd̾ eſt magis graue ⁊ abomiabile qd̾ eſt peccatũ i ſpm̃ ſcũꝫ

ESt p̃terea quod
dã pcti genus ceteris grauius ⁊
abominabili⁹: qd̾ dĩ pctm̃ i ſpm̃
ſcm̃ de quo i euãgelio veritas ait:
Luce. 12. Qui peccauerit i ſpm̃ ſcm̃ nõ remittet̃ ei neq̨
hic neq̨ in futuro. Et Io. in ep̄la canonica:
Ioã. 5. Eſt pctm̃ ad mortẽ nõ p eo dico vt q̇s oret.
Qui eñi peccat in p̃reꝫ remittet̃ ei: ⁊ q̇ peccat
i filiũ remittet̃ ei: q̇ aũt blaſphemauerit i ſpm̃
ſcm̃ nõ remittetur ei neq̨ hic neq̨ in futuro.
Quid ſit illd̾ peccatum. ¶ Sed q̃ritur q̇d ſit illud pctm̃ i ſpm̃ ſcm̃ vl̾
ad mortẽ: Quidã dicũt illud pctm̃ eẽ deſpa
tiõis vel obſtinatiõis. Obſtinatio ẽ idurate
mẽtis in malitia ptinacia: p quã hõ ſit ipeni
tens. Deſperatio ẽ qua q̇s diffidit penit⁹ de
bonitate dei: eſtimãs ſuã malitiã diuine boni
Geñ. 4. tatis magnitudinẽ excedere: ſicut Chain q̇ di
xit: maior ẽ iniq̇tas mea q̃ꝫ vt veniaꝫ merear.
Utrũq̨ vͦo dĩ pctm̃ in ſpm̃ ſcm̃ qꝛ ſpũs ſcũs
ẽ amor patris ⁊ filij ⁊ benignitas q̃ ſe inuicem
⁊ nos diligunt q̃ tanta ẽ cuius finis non eſt.
Recte ergo in ſpm̃ ſcm̃ delinquere dicũtur q̇
ſua malitia dei bonitatẽ ſupare putãt: ⁊ ideo
pniam nõ aſſumũt: ⁊ qui iniq̇tati taꝫ ptinaci
mẽte inherẽt: vt eã nunq̃ꝫ relinquere ppõnãt ⁊
ad bonitatẽ ſpũs ſancti nunq̃ꝫ redire: patiẽtia
dei abutẽtes: ⁊ de miſericordia dei nimis p̃ſu
mẽtes: q̇b⁹ placet malitia pp ſe: ſicut pijs boĩ
tas. Iſti nimia ptinacia ⁊ p̃ſumptiõe peccãt Aug. de verbis dñi.
autumãtes deũ nõ eẽ iuſtũ. Illi deſperatione
deũ nõ bonũ exiſtimant tollẽtes in hoc turbu
lẽtiſſimo iniq̇tatũ mari portũ diuine iuſtitie: q̇
ſe recipiãt fluctuãtes. Atq̨ ipſa deſperatiõe
addũt pctã pctis dicẽtes miſericordiã nullaꝫ
eẽ: ⁊ ꝙ ſup pctõres neceſſaria dãnatio debet̃.
¶ Utrũ oĩs obſtinatio ſit peccatũ i ſpũꝫ ſanctũ. b

Sed queritur: Utruꝫ
oĩs obſtiatio mẽtis i malitia obdurate o iſq̨ Opi. q̃rũdã
deſpatio ſit pctm̃ in ſpm̃ ſcm̃: Quidã dicunt
oẽm obſtinationẽ ⁊ oẽm deſpationẽ eẽ pctm̃
in ſpm̃ ſcm̃. Qd̾ ſi ẽ: aliq̃n illud pctm̃ remitti
tur: qꝛ multi ẽt obſtinatiſſimi ⁊ deſpatiſſimi Ps. 67.
cõuertũt̃ vt Aug. ait ſup illũ locũ ps. Cõuer
tã in pfundũ maris. i. eos qui erãt deſpatiſſi
mi: ⁊ ibi. Mittit criſtallũ ſuã ſicut bucellas. Ps. 147.
i. obſtinatos facit alioꝝ doctores. Tãliũ cõ
uerſio ibi ẽt euidẽter oñdit̃ vbi ait: Qui edu Ps. 67.
cit victos in fortitudīe: ſil̾r ⁊ eos q̇ exaſperãt
qui habitãt in ſepulchris. Scd̾m iſtos illud
pctm̃ dĩ irremiſſibile: nõ q̇n aliq̃n remittat̃:
ſꝫ qꝛ vix ⁊ raro ⁊ difficulter dimittit̃. Nõ eñi
ſoluitur criſtallus niſi vehementi ſpũs ipetu.
¶ Alij vero tradũt nõ quãlibet obſtiationẽ Alioꝝ ſn̄ia
vel deſpationẽ appellari pctm̃ i ſpm̃ ſcm̃: ſꝫ il
lã tñ quã comitat̃ impnia: q̇ ẽt in pniam di
cũt eẽ pctm̃ in ſpm̃ ſcm̃. Sꝫ qꝛ Aug. dicit ipe
nitẽtiã eẽ pctm̃ in ſpm̃ ſcm̃: cuꝫ ſic obſtinat⁹ ẽ
aliq̇s vt non peniteat: diſcuti opꝫ an aliud ſit
obſtinatio aliud ipnia ſit in eo pctm̃ an idem
ſed diuerſis modis cõmiſſum. Scd̾m iſtos
pctm̃ illud dĩ irremiſſibile: eo ꝙ nunq̃ꝫ dimit
tatur. Uñ Aug. ẽt dicit ꝙ hoc ſolũ pctm̃ ve Sup Mattheum.
niam mereri nõ põt. Et Hiero⁹ ꝙ taliter pec
cans digne penitere nõ põt. Et ideo recte Io
annes dicit vt nõ p eo oret q̇s: qꝛ que ſic pec
cat: orõnibus eccl̾ie hic vel i futuro iuuari nõ
põt hñs cor induratum tanq̃ꝫ lapis: ſicut de
diabolo legitur. Poſt hãc vitã qui valde ma
li ſunt meritis eccleſie iuuari non poſſunt.
¶ Qualiter accipit̃ peccatũ in ſpiritum ſanctum. c

Eſt etiã alia huius pcti
aſſignatio. Hoc eñi pctm̃ Aug. diffiniẽs in
li. de ſermone dñi in mõte ait: Pctm̃ ad mor
tẽ ẽ cũ poſt agnitionẽ dei p grãm chriſti op
pugnat aliq̇s frat̃nitatẽ ⁊ aduerſ⁹ ipſaꝫ grãꝫ
qua recõciliat⁹ ẽ deo inuidie facibus agitat̃:
qd̾ fortaſſe ẽ peccare in ſpm̃ ſctm̃ qd̾ pctm̃ dĩ
non remitti: non qꝛ nõ ſit ignoſcẽduꝫ peccãti

ſi peniteat:ſed q2 tanta eſt labes peccati illius
vt deprecandi humilitatez ſubire non poſſit:
Matt. 27. ēt ſi pctm̄ ſuum mala conſcientia agnoſcere ꝛ
renūciare cogatur:vt iudas cū dixit peccaui:
facilius deſperans cucurrit ad laqueū ꝙ hu-
militate veniā peteret:qḋ ꝓpter magnitudi-
nem peccati iam ex dānatiōe peccati tales ha-
bere credendū eſt. Ecce quedā aſſignatio pec-
cati in ſpūm ſanctum vel ad mortem hic poſi-
ta eſt:qua illud pctm̄ eſſe traditur oppugna-
tio fraternitatis poſt agnitionē:ꝛ inuidētia
gratie poſt reconciliationē qḋ ſpecies quedā
obſtinationis intelligi poteſt. Illā tm̄ diffini-
tionez Aug. in lib. retrac. rememorans aliqḋ
adijciendum ibi fore: nec aſſerendo ſe dixiſſe
aperit ita dicens: Qḋ quidez non confirma-
ui qm̄ hoc putare me dixi. Sed tm̄ addenduz
fuit ſi in hac ſcelerata mentis ꝑuerſitate finie-
rit hanc vitam: qm̄ de quocunqȝ peſſimo in
hac vita conſtituto:non eſt deſperanduz:nec
pro illo imprudenter oratur de quo nō deſpe-
ratur. His verbis inſinuat̄ pctm̄ p̄miſſa diffi-
nitione deſcriptuz:tunc ſolum debere dici ad
mortē vel in ſpūm ſanctum:cū non hȝ comitē
pniam:nec de aliquo peccatore deſperandū ē
i hac vita: ꝛ ideo ꝓ oī eſſe orandū. Vn̄ illud
Joā. 5. Jo. Non ꝓ eo dico vt quis oret: ſic accipien-
dum vī:vt ꝓ aliquo peccante ad mortē vel in
ſpūm ſanctum poſtꝙ finierit hanc vitam nō
oremus. Dum aūt in hac vita eſt: nec pctm̄ il-
lius iudicare:nec de illo deſperare:ſed pro illo
orare debem⁹. Unde Aug. de verbis dn̄i de
in pnia q̄ eſt blaſphemia in ſpūm ſcūz ſic ait:
Iſta ipnia vel cor impenitens:ꝙdiu quiſqȝ
in hac carne viuit nō poteſt iudicari. De nul-
lo enim deſperandum eſt:ꝙdiu ad pniam pa-
ciētia dei adducit. Paganus eſt hodie:iude-
us infidelis eſt hodie:hereticus eſt hodie:ſciſ-
maticus eſt hodie:quid ſi cras amplectat̄ ca-
tholicam fidē:ꝛ ſequatur catholicā veritatē.
Quid ſi iſti quos in quocunqȝ genere erro-
ris notas:ꝛ tanꝙ deſperatiſſimos dānas an-
teꝙ finiant iſtam vitā agant pniam ꝛ inueni-
1. Cor. 4. unt verā requiez ꝛ vitam in futuro. Nolite er-
go ante tēpus iudicare quemꝙ. Ex his oſten-
ditur ꝓ ſingulis peccatoribus in hac vita eſſe
orandum:nec de aliquo eſſe diffidendū:q2 cō-
uerti pōt dū in hac vita eſt q2 non poteſt ſciri
de aliquo vtrum peccauerit ad mortem vel in
ſpūz ſanctū:niſi cū ab hac vita diſceſſerit:niſi
forte alicui ꝑ ſpūz ſanctum mirabiliter reuela-
tuȝ fuerit. Ex predictis aliquatenus capi pōt
qūo accipiatur pctm̄ in ſpūm ſanctum. ſ. inui-
dentia gratie fraternitatē impenitenter oppu-
gnans:que vtiqȝ obſtinatio eſſe videt̄:ꝛ oīs
impenitētis obſtinatio atqȝ deſperatio. No-
tandum vero eſt ꝙ nō omnis qui nō penitet
impenitēs dici poteſt: q2 impnia ꝓprie obſti-
nati eſt. ꝛ vt quidam volunt etiam deſperati.

¶ Alia aſſignatio peccati in ſpiritum ſanctum. D

De hoc quoqȝ pctō in

ſpūz ſanctū Amb. in li. de ſpū ſcō differēs dif-
finitā aſſignationē tradit dicēs: Cur dn̄s di-
xerit. qui blaſphemauerit in filiū hoīs remit- Matth. 12.
tetur ei:q̄ aūt blaſphemauerit in ſpūz ſanctū
neqȝ hic neqȝ in futuro remittet̄ ei: diligēter
aduerte:numqḋ alia eſt offenſio filij:alia ſpūs
ſancti. Sic vna dignitas ſic vna iniuria. Sȝ
ſiqͥs corporis ſpecie deceptus humani remiſ-
ſius aliquid ſentit de xp̄i carne ꝙ dignum eſt
habet culpā nō eſt tm̄ excluſus a venia. Siqͥs
vero ſancti ſpūs dignitatē maieſtatez ꝛ pote-
ſtatē abneget ſempiternam ꝛ putet nō in ſpū
dei eijci demonia:ſed in beelzebub non poteſt Matth. 12.
ibi eſſe exhortatio venie vbi ſacrilegij plenitu-
do eſt. Satis hic apte explicat̄ quid ſit pecca-
tum in ſpūz ſanctū. Qḋ illi Aug. deſcriptio-
ni ꝯgruere videt̄ q̄ illḋ pctm̄ dicit̄ eſſe inuidē-
tia gratie oppugnās fraternitatē. Qui eniȝ
poſt cognitionē veritatis ſancti ſpūs verita-
tez negat eiuſqȝ opa dicit eſſe beelzebub pote-
ſtati:bonitati ꝛ grē dei inuidere nō dubitat̄.
Nō vtiqȝ diſtinctio illa verboꝝ ſic accipiēda
ē qſi triū ꝑſonaꝝ diuiſe ſint offenſe:ſȝ ibi pctō-
rū genera diſtincta ſunt. Pctm̄ eni in patrez
id intelligitur qḋ fit ꝑ infirmitatem q2 patri
ſcriptura frequenter attribuit potentiā. Pec-
catum in filium qḋ fit ꝑ ignorantiaȝ:q2 ſapiā
filio attribuitur. Tertium expoſitū. eſt. Qui
ergo peccat per infirmitatem vel per ignorāti-
am facile veniam adipiſcit̄:ſed nō ille qui pec-
cat in ſpiritum ſanctum. Cū aūt vna ſit poten-
tia ſapientia:bonitas trium. quare patri po-
tentia:filio ſapientia:ſpiritui ſancto bonitas
ſepius aſſignetur:ſuperius dictum eſt.

¶ Iſta eſt diſtinctio. 43ª hui⁹ 2ⁱ libri: In q̄ magiſter
diſſa diuiſiōe pctōꝝ in gn̄ali tractat de q̄dā pctō cete-
ris grauiori i ſpāli. ſ. i ſpūz ſcūz Et tria facit. Nā p̄ p-
ponit grauitatē ꝛ illius remiſſionē. 2° aſſerit variaȝ
ipſi⁹ deſcriptionē. 3° remouet q̄ldā dubitationē inci-
dētē. Primū facit a pn̄° vſqȝ ibi(Sȝ querit̄ qḋ ſit.)
2ᵐ vſqȝ ibi(Diligēter aduertēdū.)3ᵐ vſqȝ ad ſ. diſt.
Et tm̄ in gn̄ali. In ſpāli vo ſnia magr̄i ſtat in tribus
ꝓpōnib⁹ q̄rū p̄ª eſt hec. ¶ Pctm̄ in ſpūm ſcm̄ oium
pctōꝝ grauiſſimū dī. q2 neqȝ hic neqȝ ēt in futuro ſe-
culo remittit̄. Hāc magr̄ ꝓbat p̄ ꝑ dictū xp̄i in euan-
gelio. ſ. q̄ peccat in ſpūz ſcm̄ nō remittet̄ ei neqȝ hic
neqȝ i futuro. 2° ꝑ illḋ Jo. 4. dicētis: q̄ peccat in pa-

trez vel in filiũ remiſſionẽ pene pcipiet: ſʒ nõ ꝗ blaſphemauerit in ſpũm ſcm̃: qꝛ illud peccatum eſt ad mortẽ: ⁊ p illo nõ eſt orãdum. ¶ 2ᵃ ppõ eſt hec: In ſpũʒ ſcm̃ peccare: eſt ex pposito vtilia ad ſalutẽ reſtare: vel ſupnaʒ grãm oppugnare vel ſcienter ſpũm ſcm̃ blaſphemare. Hanc magr̃ inſinuans querit: qđ ſit pctm̃ in ſpũʒ ſcm̃: ponẽs triplicẽ eiꝰ deſcriptionẽ. Prima eſt ꝙ pctm̃ in ſpũʒ ſcm̃ ſit obſtinatio. i. obduratio in malitia: p quã ↄtẽnit̃ diuina iuſtitia. Deſperatio eſt diffidẽtia bonitatis diuine per quaʒ ſpernitur dei bonitas ⁊ miſericordia. Unde querit̃ incidẽtaliter. Utruʒ omnis obſtinatio ⁊ deſperatio ſit peccatũ in ſpũʒ ſcm̃: Et ridens dicit aliquas fuiſſe opiniões ꝙ ſic: ſed quia multi obſtinati. ⁊ deſperati cõuertuntur: ideo illi cõmuniter dicunt ꝙ peccatum in ſpiritum ſanctum non ſit ſimpliciter irremiſſibile: ſed ideo quia difficulter remittitur: Alios vero dicit fuiſſe opinatos ꝙ non omnis obſtinatio vl̃ deſpatio ſit pctm̃ in ſpũʒ ſcm̃. ſʒ tm̃ illa quã ↄcomitat̃ finalis ipnia. Et illi ẽt dicũt tale pctm̃ ſimplr̃ eſſe irremiſſibile. 2ᵃ deſcriptio pcti in ſpũʒ ſcm̃ ẽ: ꝙ ſit inuidẽtia ſeu oppugnãtia fraterne ⁊ ſupne grẽ ꝗ iõ nõ dr̃ remitti: qꝛ talr̃ delinquẽtes hũilitatẽ petẽdi veniã ſibire non pñt. Et ſbdit ꝙ talis inuidẽtia ſeu oppugnantia nõ eſt pctm̃ i ſpũʒ ſcm̃ niſi cũ finali impnia. Et vr̃ magr̃ h accipe finalẽ ipniaʒ nõ ſolũ put negat actũ penitẽdi: ſʒ et ppoſitũ. 3ᵃ aſſignatio pcti in ſpũʒ ſcm̃ eſt ꝙ ſit pctm̃ ↄ̃ bonitatẽ ⁊ vtutẽ ſpũs ſci ↄmiſſuʒ: quã põit magr̃ ex vbis Amb. ¶ 3ᵃ ppõ eſt hec: Peccatũ qđ in ſpũʒ ſcm̃ cõmittit̃ dr̃ ſic: nõ ꝙ abſqʒ offenſiõe aliarũ diuinarũ pſonarũ. ſ. pr̃is ⁊ filii cõmittitur. Hãc magr̃ ponẽs dic̃ diligẽter eẽ aduertẽdũ ꝙ cum dr̃ aliqđ pctm̃ i ſpũʒ ſcm̃ cõmitti nõ eẽ ſic itelligẽdũ ꝙ ſit aliq̃ offẽſio q̃ offẽdit̃ ſpũs ſcũs. ⁊ alia qua offẽdunt̃ alie pſone: imo offẽſa vniꝰ eſt offẽſa oium. Sʒ qꝛ in ſacra ſcriptura pr̃i attribuit̃ potẽtia. iõ pctm̃ qđ cõmittit̃ ex infirmitate dr̃ fieri ɔ̃ prem. Filio vo ſapiã iõ pctã que cõmittunt̃ ex ignorãtia dicunt̃ fieri ↄ̃ filiũ. Spũi ſcõ bonitas ſeu clementia: iõ pctã cõmiſſa ex malitia dicunt̃ fieri ↄ̃ ſpũʒ ſcm̃ ſeu i ſpiritũʒ ſcm̃ attm̃ pſone ſimul q̃libet hoꝝ offendunt̃. Et tm̃ in ſpãli.

¶ De potẽtia peccãdi: an ſit hoi vel diabolo a deo. a

Di. XLIIII. Un̄ hẽat ortũ potentia peccãdi. Opi. q̃rũdaʒ ꝙ ſit a deo. ſʒ ñã pſile. Rõ ad pbãdũ ꝙ bona volũtas nõ ſit homini niſi ex deo. Aug'. in li. de fide ad Petruʒ.

Poſt pdicta cõſideratione dignum occurrit: vtrũ peccãdi potentia ſit nobis a deo vel a nobis: Putant quidaʒ potentiam recte agendi nobis eſſe a deo: potentiam vero peccandi nõ a deo ſed a nobis vel a diabolo eſſe. ſicut mala voluntas nõ a deo nobis eſt: ſed a nobis ⁊ a diabolo. bona autem a deo tantum nobis eſt. Bone nãqʒ voluntatis ⁊ cogitationis initium non hoi et ſeipſo naſci ſed diuinitus parari ⁊ tribui in eo deus euidenter oſtẽdit: qꝛ nec diabolus nec aliquis angeloꝝ eius exquo in hanc caliginem ſunt detruſi: bonam potuit vel poterit reſumere voluntateʒ: qꝛ ſi poſſibile foret vt hũana natura poſtq̃ a deo diuerſã bonitateʒ perdidit volũtatis: ex ſeipſa rurſus eam habere potuiſſet: multo poſſibilius hoc natura haberet angelica: que q̃tominus grauat̃ terreni corporis ponderere: tanto magis hac eſſet predita facultate. Nõ ergo homo vel angelus a ſe voluntatem bonam habere poteſt: ſed malam Similiter ⁊ de potentia inquiunt per ſimilitudinem voluntatis boni vel mali differẽtes quod illa ſit a deo non iſta.

¶ Auctib' aſtruit potẽtiã peccãdi eſſe a deo. b

Sʒ pluribus ſanctoꝝ teſtimoniis indubitanter monſtratur ꝙ poteſtas mali a deo eſt a quo eſt omnis poteſtas. Ait enim apoſtolus: Nõ eſt poteſtas niſi a deo. Qđ nõ de poteſtate boni tantum: ſed ⁊ mali intelligi oportet. Cum pilato etiam veritas dicat: Nõ haberes in me poteſtatem. niſi datuʒ eſſet tibi deſuper. Malitia nẽpe hoiuʒ (vt ait aug'.) cupiditatem nocendi per ſe habet poteſtatem autem ſi ille non habet. Ideo. qꝛ diabolus anteq̃ aliquid tolleret iob dicebat domino. Mitte manum tuam. i. da poteſtatem: qꝛ etiam nocentium poteſtas nõ eſt niſi a deo: ſicut ſapientia ait: Per me reges regnant: ⁊ tyranni per me terram tenẽt. Unde Job de dñó ait. Qui facit regnare hypocritaʒ ppter peccata populi. Et de populo iſrael dicit deus. Dedi eis regem in ira mea. Nocendi enim voluntas poteſt eſſe ab homine poteſtas autem non eſt niſi a deo ⁊ hoc abdita aptaqʒ iuſtitia. nam per poteſtatem diabolo datam iuſtos deus facit ſuos. De hoc etiam Greg. in mor. ait: Tumoris elatio nõ poteſtatis ordo in crimine eſt. Potentiã deus tribuit elationem vero potentie malitia noſtre mentes inuenit. Tollamus ergo qđ de noſtro eſt: qꝛ non potentia iuſta: ſʒ actio praua damnatur. His auctoritatibus aliiſqʒ pluribus euidenter oſtenditur ꝙ nõ eſt poteſtas boni vel mali cuicunqʒ niſi a deo equo ⁊ ſi te lateat equitas.

Roñ. 13.

Joã. 19.

Sup ps. 85.

Job. 5.

Aug' ſuper geñ.

Prouer. 8.

Job. 33.

Oſee. 42.

¶ An aliquãdo reſiſtendum ſit poeſtati. c

Hic oritur queſtio nõ tranſilienda ſilentio. Dictum eſt enim ſupra ꝙ poteſtas peccãdi vel nocendi non eſt hoi vl̃ diabolo niſi a deo. Apl's ãt dicit ꝙ ꝗ ptãti reſiſtit dei ordinatõi reſiſtit. Cum ergo diabolo ſit poteſtas mali dei ordinatione: eius poteſtati nõ eſſe reſiſtendum videtur. Sed ſciendum eſt apoſtolum ibi loqui de ſeculari poteſtate. ſ. rege ⁊ principe ⁊ hmõi: quibus nõ eſt reſiſtendum in his que iubet deus eis exhiberi. ſ. in tributis ⁊ hmõi. Si vero princeps aliquis vel diabolus aliquid iuſſerit vel ſuaſerit contra deum tunc reſiſtenduʒ eſt. Uñ Aug.

Roñ. 13.

Qđ aliqñ reſiſtendũ eſt poteſtati.

Digitized by Google

